De Arithmetica ad Patritium
summachum libri duo.
De Musica libri quinqz.
De Geometria libri duo.
~~De philosophie consolatione li~~
~~bri quinqz.~~
~~De scholarũ disciplina liber vnus.~~

Tabula

Tabula

Tabula

¶ Capitula: que sequuntur: sunt quidem in antiquis ⁊ explorate fidei codicibus prenotata: nihil tm̃ sup his conscriptum reperitur. Nam Boetius morte preuentus opus imperfectum reliquit.

Arithmetica

¶ Incipiunt duo libri de Arithmetica anitij manlii se uerini Boetii viri clarissimi ⁊ illustrissimi excõsulis: ordinarii: patricii: ad patricium simmachum.

Illi dãdis accipiendisq; munerib⁹ ita recte officia p̃cipue ĩter eos q se se magni faciũt estimãtur si liquido cõstabit nec ab hoc aliõqõ liberali⁹ afferret inuẽtuz. nec ab illo vnq̃z qõ iocõdius beniuolentia cõplecteret acceptũ. Hec ipse ꝓsiderãs. attuli nõ ignaua opuz ponderabus ad facin⁹ nihil instructius est. cũ habendi sitis incãduit. ad meritũ nihil vili⁹ cũ ea sibi victor anim⁹ calcata subiecit: sed ea q̃ er grecarũ opulentia litteraꝝ ⁊ in rõane oronis thesauꝝ sumpta ꝓnerim⁹ Ita. n. mei quoq; opis mihi rõ ꝓstabit: si q̃ er sapientie doctrinis elicui. sapiẽtissimi iudicio cõprobenẽt. vides igit vt tã magni laboris effect⁹ tuũ tm̃ expectet examẽ: nec ĩ aures pdire publicas nisi docte sẽtẽtie a stipulatiõe nitat. In quo nihil mirũ videri oz: cuz id op⁹ qõ sapiẽtie iuẽta pseqnit: nõ auctorz ꝗ aliẽo incũbit arbitrio. Suis qppe instrumẽtz res rõnis expẽditur: cũ iudiciũ cogit subire prudẽtis: Sz huic munusculo: non eadẽ q̃ ceteris ĩminẽt artib⁹ munimẽta ꝓstituo. Neqz. n. fere vlla sic cũctis absoluta ptib⁹ nullius indiga suis tm̃ ẽ sciẽtia nira p̃sidiis: vt nõ ceterarum quoq; artiũ adiumẽta desideret Nã in effigiãdis marmore statuis: ali⁹ excidẽde molis labor ẽ: alia formãde iaginis rõ: nec eiusdẽ artificis man⁹ politi opis nitor expectat. Ac picture manib⁹ tabule cõmisse fabroꝝ. cere rustica obseruatõe ꝯcepte: colorꝝ fuci mercatorꝝ solertia ꝑquisiti: lintea oposis elaborata tertrinis multiplicẽ mãm p̃stant. Nõne idẽ quoq; ĩ bellorꝝ visit instrumẽtis. Nic spicula sagittis exacuit: illi validus thorar nigra gemit ĩcude. Ast ali⁹ crudi vmbõis tegmina ꝓprii laboris orbi infigẽda mercat: tã multz artib⁹ ars vna pficit. Ast nr̃i laboris absolutio lõge ad faciliorẽ currit euẽtũ. Tu. n. sol⁹ manũ sup̃mo opi ponis: in quo nihil de decernẽtiũ necesse ẽ laborare ꝓsẽsu. Quãlibet. n. hoc iudiciũ multz artib⁹ ꝓbet excultũ vno tm̃ cumulat examie. Expiare igit lz quãtũ nobis in hoc studio lõgis tractus ociis labor adiecerit An rerꝝ subtiliũ fugas exercitate mẽtis velocitas cõprehẽdat: vtrũ iciune macies oronis ad ea q̃ sũt caligãtib⁹ ĩpedita sentẽtiis expediẽda sufficiat. Qua ĩ re mihi aliẽi quoq; iudicii lucra q̃runt. Cũ tu vtrarũq; pitissim⁹ litteraꝝ possis graie oronis exptib⁹ quãtuz de nobis iudicare audeãt: sola tm̃ pnũciatiõe p̃scribere. At nõ alteri⁹ obnoxius istitutz arctissima memet ipe trãslatiõis lege ꝓstringo: sed paululũ liberi⁹ euagatus alieno itineri. nõ vestigiis insisto. Nã ⁊ ea q̃ de numeris a nicomacho diffusius disputata sũt: moderata breuitate collegi. Et q̃ trãscursa veloci⁹ angustiorem intelligentie p̃stabãt aditũ: mediocri adiectiõe reserani. vt aliqñ ad euidẽtiã rerꝝ nr̃is ẽt formulis ac descriptionib⁹ vteremur. Qõ nobis q̃ztis vigiliis ac sudore ꝓstiterit facile sobri⁹ lector agnoscet. Cũ igit q̃tuor matheseos disciplinarũ de arithmetica q̃ ẽ prima p̃scriberẽ: tu tm̃ dign⁹ eo mũere videbare eoq; magis ĩ enarrato op⁹ eẽ ĩtelligebã. Nã ⁊ si apud te facilis venire locus eẽt: aliquãdo tñ ipsam formidat a facilitatẽ suspecta securitas. Arbitabar enĩ nihil tãte reuerentie oblatũ iri oportere: qõ nõ elaboratũ ĩgenio: pfectũ studio: dignũ postremo tãto ocio videretur. Nõ igit ambigo quin p tua in me beniuolentia supuacua reseces: biantia suppleas errata rep̃hẽdas cõmode dicta mira aĩ alacritate suscipias. Que res ĩ pulit pigrã ꝓsilii morã. Nimios. n. mihi fructus placitura restituent. Noui qppe quãto studiosi⁹ nostra q̃z ceteroꝝ bõa diligamus Recte ergo q̃si aureos cereri culmos ⁊ maturos bacho palmites: sic ad te rudimẽta noui opis trãsmisi. Tu tm̃ paterna gratia nostrũ puebas mun⁹. ita ⁊ laborz mei pmitias doctissimo iudicio cũsecrabis: ⁊ non maiore censebitur auctor merito q̃z probator.

Incipiunt capitula primi libri.

¶ Prohemium in quo diuisio mathematice. Capm. i.

Inter omnes prisce auctoritatis viros: qui pythagora duce puriore mentis ratione vigue runt: constare manifestum est haud quequam in philosophie discipli nis ad cumulum perfectiõis euadere: nisi cuiusdam prudentie nobilitas quodam quasi quadriuio vestigatur. Qd recte solertiam intuentis non latebit. Est enim sapientia rerum que sunt suiq; immutabilem substantiam sortiuntur comprehensio veritatis. Esse autem illa dicimus que nec intentiõe crescunt: nec retractione minuuntur: nec variationibus permutantur: sed in propria semper vi sue se nature subsidiis nitra custodiunt. Hec autez sunt qualitates. quantitates: forme magnitudines. paruitates: equalitates: habitudines actus dispositiones: loca: tempora: ⁊ quicquid adunatum quodammodo corporibus inuenitur. Que ipse quidem natura incorporea sunt ⁊ immutabilis substantie ratione vigentia: participatiõe vero corporis permutantur: ⁊ tactu variabilis rei in vertibilem inconstantiam transeunt. Hec igitur quoniam vt dictum est natura immutabilem substantiã vimq; sortita sunt: vere proprieq; esse dicuntur. Horuz igitur idest que sunt proprie: queq; suo nomine essentie nominantur: scientiã sapientia profitetur. Essentie autem gemine partes sunt: vna continua ⁊ suis partib⁹ iũcta: nec vllis finibus distributa: vt est arbor: lapis: ⁊ omnia mundi huius corpora: que proprie magnitudines appellantur. alia vero disiuncta a se ⁊ determinata partibus ⁊ quasi aceruatim in vnum redacta concilium: vt grex: populus: chorus: aceruus ⁊ quicquid quorum partes propriis extremitatibus terminantur. ⁊ ab alterius fine discrete sunt. His propriũ nomen est multitudo. Rursus multitudinis alia sunt per se vt tres vel quatuor. vel tetragon⁹: vel quilibet numerus qui vt sit nullo indiget. Alia vo per seipsa non constant: sed ad quiddam aliud referũtur: vt duplum. vt dimidium: vt sesqualterum: vel sesquitertiũ ⁊ quicquid tale est: quod nisi relatum sit ad aliud: ipz esse non possit. Magnitudinis vero alia sunt mancentia motuq; carentia: alia vero que mobili semper rotatione vertuntur: nec vllis temporibus acquiescunt. Horum ergo illam multitudinem que per se est: arithmetica speculatur integritas. Illam vero que ad aliquid musici modulaminis temperamenta pernoscunt. Immobilis vero magnitudinis geometrica noticiam pollicetur. Mobilis scientiam astronomice discipline peritia vendicauit. Quibus quatuor partibus si careat inquisitor: verum inuenire non possit: ac sine hac quidem speculatione veritatis nulli recte sapiendum est. Est enim sapientia earum rerum que vere sunt: cognitio ⁊ integra comprehensio. Quod hec qui spernit: idest has semitas sapientie. ei denuncio non recte philosophandum. Siquidem philosophia est amor sapientie: quam in his spernẽdis ante contempserit. Illud quoq; addendum arbitror quod cuncta vis multitudinis ab vno pgressa termino: ad infinita progressionis augmenta concrescit. magnitudo vero a finita incboans quantitate modum in diuisione non recipit. Infinitissimas enim sui corporis suscipit sectiones. Hanc igitur nature infinitatem indeterminatamq; potentiam philosophia sponte repudiat. Nihil enim quod infinitum est: vel scientia potest colligi vel mẽte comprehendi. Sed hinc sumpsit sibi ipsa ratio: in quibus posset indagatricem veritatis exercere solertiam. Diligit enim de infinite multitudinis pluralitate finite terminum quantitatis: ⁊ interminabilis magnitudinis sectione reiecta definita sibi ad cognitionem spacia depopposcit. Constat igitur quisquis hec pretermiserit. omnem philosophie perdidisse doctrinam. Hoc igitur illud quadriuium est quo his viandum sit quibus excellentior animus a nobis cum procreatis sensibus ad intelligentie certiora perducitur. Sunt enim quidam gradus certeq; pgressionum dimensiones: quibus ascendi progrediq; possit: vt animi illum oculum: qui (vt ait plato) multꝫ oculis corporalibus saluari constituiq; sit dignior: qd eo solo lumĩe vestigari vel ispici veritas queat. Hũc inquam oculum demersum orbatumq; corporeis sensibus he discipline rursum illuminent. Que igitur ex his prima discenda est: nisi ea que principium matris q; quodammodo ad ceteras obtinet portionem. hec est autem arithemtica. Hec enim cuntis prior est non modo quod hanc ille huius mundane molis conditor deus primam sue habuit ratiocinationis exemplar: ⁊ ad hanc cuncta constituit quecunq; fabricãte ratione per numeros assignati ordinis inuenere concordiam: sed hoc quoq; prior arithmetica declaratur quod quecunq; natura priora sunt: his sublatis simul posteriora tolluntur. Quod si posteriora pereant: nihil de statu prioris substãtie permutatur. vt animal prius est homine. Nam si tollas animal statim quoq; hominis natura deleta sit. Si hominem sustuleris: animal non peribit. Et econtrario ea semp posteriora sunt que secum aliud quodlibet inferunt: ea priora que cum dicta sunt nihil secum de posterioribus trahunt: vt eodez ĩ quoq; homine. Niaz si hominem direris: simul quoq; animal nominabis. Idem est enim homo quod animal. Si animal direris non speciem simul hominis intulisti. Non est enim idẽ animal qd homo. Hoc idez in geometrica vel in arithmetica videtur incurrere. Si enim numeros tollas: vnde triãgulum vel quadratũ vel quicquid in geometrica versatur: que omnia numerorum denominatiua sunt. At vero si quadratum triangulumq; sustuleris: omnisq; geometrica consumpta sit tres: ⁊ quatuor aliorumq; numerorꝫ nõ peribunt vocabula. Rursum cũ aliquã geometricã formaz direro. est illi simul numerorꝫ nomen implicituz. Cum numeros direro nondum vllã formam geometricam nominaui. Musica vero quaz prior sit numeroruz vis. hinc maxime probari potest quod non modo illa natura priora sunt que per se constant: quam illa que ad aliquid referuntur: sed etiam eaipsa musica modulatio numerorum nominibus annotatur. Et idez in hac euẽire potest: quod in geometrica predictum est. Diatessaron enim ⁊ diapente: ⁊ diapason: ab antecedentis numeri nominibus nũcupantur. Ipsorum quoq; sonorum aduersus se proportio: solis neq; aliis numeris inuenitur. Qui enim sonus in diapason symphonia est: idem duplicis numeri proportione colligitur. Que diatessaron ẽ modulatio epitrita collatione componitur. Quam diapente symphoniã

ſymphoniam vocant:hemiolia medietate coniungit. Qui in numeris epogdous eſt.idem tonus in muſica. Et ne ſingula perſequi laborem huius operis ſequentia quanto prior ſit arithmetica ſine vlla dubitatione monſtrabunt. Sphericam vero atq; aſtronomicam tanto precedit.quanto due reliquе diſcipline hac tertiam natura precedunt. In aſtronomica enim circuli ſphera:centrum:paralelliq; circuli mediuſq; axis eſt que omnia geometrice diſcipline cura ſunt. Quare eſt etiam ex hoc oſtendere ſeniorem geometrice vim quod omnis motus eſt poſt quietem:& natura ſemper ſtatio prior eſt. Mobilium vero aſtronomia immobilium geomtrica doctrina eſt:vel quod armonicis modulationibus motus ipſe celebratur aſtrorũ. Quare conſtat quoq; muſice vim aſtrorum curſus antiquitate precedere: quam ſuperare natura arithmeticam dubium non eſt:cum prioribus quam illa eſt antiquior videatur. Proprie tamen ipſa numerorum natura omnis aſtrorum curſus.omniſq; aſtronomica ratio conſtituta eſt. Sic enim ortus occaſuſq; colligimus:ſic tarditates velocitateſq; errantium ſiderum cuſtodimus:ſic defectus & multiplices lũe variationes agnoſcimus. Quare quoniam prior vt claruit arithmetice vis eſt:hinc diſputationis ſumam' exordium.

De ſubſtantia numeri. Capitulũ.ii.

Omnia quecũq; a primeua rerum natura conſtructa ſunt.numerorum videntur ratione formata. Hoc enim fuit principale in animo conditoris exemplar. Hinc enim quatuor elementorum multitudo mutuata eſt:hinc temporum vices:hinc motus aſtrorum celiq; conuerſio. Que cum ita ſint cumq; omnium ſtatus:numerorum colligatione fungatur:eum quoq; numerum neceſſe eſt in propria ſemper ſeſe habentem equaliter ſubſtantia permanere:cuiq; que compoſitum non ex diuerſis: Quid enim numeri ſubſtantiã coniungeret:cum ipſius exemplum cuncta iunxiſſet: ſed ex ſeipſo videtur eſſe compoſitus. Porro autem nihil ex ſimilib' componi videtur:nec ex his que nulla rationis proportione iunguntur:& a ſe omni ſubſtãtia naturaq; diſcreta ſunt. Conſtat ergo quoniam cõiunctus eſt numerus:neq; ex ſimilibus eſſe coniunctũ neq; ex his que ad ſe inuicem nulla ratione proportionis herent. Erunt ergo numeros prima que coniungant:ad ſubſtantiam quidem que conſtent: ſemperq; permaneant. Neq; enim ex non exiſtentibus efficiq; quicquam poteſt:& ſunt ipſa diſſimilia & potentia componendi. Hec autem ſunt quibus numerus conſtat par atq; impar. Que diuina quadam potentia cum diſparia ſint contrariaq;:tamen ex vna genitura profluunt:& in vnam compoſitionem modulationemq; iunguntur.

De diffinitione & diuiſione numeri & diffinitione paris & imparis.

Capi. iii.

Et primum quid ſit numerus diffiniendus eſt. Numerus eſt vnitatum collectio: vel quantitatis aceruus ex vnitatibus profuſus. Huius igitur prima diuiſio eſt: in imparem atq; parem. Et par quidem eſt: qui poteſt in equalia duo diuidi vno medio non intercidente: impar vero quem nullus in equalia diuidit quin in medio predictus vnus intercidat. Et hec quidem huiuſmodi diffinitio vulgaris eſt & nota.

Diffinitio numeri paris & imparis ſm pytagoram.

Capitulum. iiii.

Ala autem ſecundum pythagoricam diſciplinam talis eſt. Par numerus eſt qui ſub eadem diuiſione poteſt in maxima paruiſſimaq; diuidi: maxima ſpacio: paruiſſima quantitate:ſecundum duorum iſtorum generum contrarias paſſiones. Impar vero numerus eſt:cui hoc quidem accidere non poteſt:ſed cuius in duas inequales ſummas naturalis eſt ſectio. Hoc eſt autem exemplar. vt ſi quilibet datus par numer' diuidatur:maior quidem quantuq; ad diuiſionis ſpacia pertinet:nõ inuenietur quaq; diſcreta medietas:quãtitate vero nulla minor ſit:quaq; in gemina facta partitio:vt ſi par numerus qui eſt.8.diuidatur in.4.atq; alios.4.nulla erit alia diuiſio que maiores partes efficiat. Porro autem nulla erit alia diuiſio que totum numerum minore diuidat quantitate. In duas enim partes diuiſione nihil minus eſt. Cum enim totum quis fuerit trina diuiſione partitus:ſpacii quidẽ ſumma minuitur:ſed numerus diuiſionis augetur. Quod autem dictum eſt ſecundum duorum generũ contrarias paſſiones huiuſmõi eſt. Predocuim' enim quantitatem in infinitas pluralitates accreſcere ſpacia vo.i.magnitudines in infinitiſſimas minui paruitates:atq; ideo hic contra euenit hec namq; paris diuiſio ſpacio eſt maxima paruiſſima quantitate.

Alia ſecundum antiquiorem modum diuiſio paris & imparis

Capitulum. v.

Ecundum antiquiorem vero modum alia eſt paris numeri definitio. Par numerus eſt qui in duo equalia:& in duo inequalia partitionem recipit.ſed vt in neutra diuiſione vel imparitati paritas:vel paritati imparitas miſceatur:preter ſoluq; paritatis principeq; binarium numerum qui inequalem non recipit ſectionem:propterea quod ex duabus vnitatibus conſtat & ex prima duorum quodammodo paritate. Q ó aũt dico tale eſt. Si enim ponatur par numerus: poteſt in duo equalia diuidi:vt denarius diuiditur in quinos. Porro autem & per inequalia vt idem denarius in.3.& in.7. Sed hoc modo vt cum vna pars fuerit diuiſionis par:alia quoq; par inueniatur:& ſi vna impar:reliqua ab eius imparitate non diſcrepet.vt i eodem numero qui eſt denarius. Cum enim diuiſus eſt in quinos:vel cum.in.3.& in.7.vtreq; in vtraq; portione partes impares extiterunt. Si autem ipſe vel alius numerus par diuidatur in equales:vt octonari' in.4.& in.4.& item per inequales vt idem octonarius:in.5.& in.3.in illa quidem diuiſione vtreq; partes pares facte ſunt:in hac vtreq; impares extiterũt. Neq; vnquã fieri poteſt:vt cum vna pars diuiſionis par fuerit:alia impar inueniri queat. aut:cum vna i par ſit:alia par poſſit itelligi. Impar vo nũerus eſt q ad quãlibet illã diuiſionẽ p iequalia ſemper diuidit vt vtraſq; ſpẽs nũeri ſemper oſtendat: nec vnquam altera ſine altera ſit:ſed vna pars paritati:imparitati alia deputatur.vt.7.ſi diuidas in.3.& in.4. altera portio par:altera impar eſt. Et hoc idem in cunctis i paribus numeris inuenitur. Neq; vnquaq; i imparis diuiſione preter ſe eſſe poſſunt he gemine ſpecieſ que naturaliter vim numeri ſubſtantiamq; cõponunt.

Diffinitio paris & imparis per alterutrum

Capitulum.vj.

Quod si hec etiaz per alterutras species definienda sunt: dicetur imparem numerum esse qui vnitate differt a pari: vel incremento: vel diminutione Item par numerus ē qui vnitate differt ab impari vel incremēto vel diminutione. Si enim pari vnum dempseris vel vnum adieceris: ⁊ impar efficitur: vel si impari idem feceris: par continuo procreatur.

De principalitate vnitatis. Cap. vij.

Omnis quoqz numerus circum se positorum ⁊ naturali sibimet dispositione iunctorum medietas est. Et qui super duos illos sunt qui medio iunguntur si componantur: ēt ipsorum supradictus numerus media portio est: ⁊ rursus illorum qui sunt super secundo loco iunctos cum ipsi quoqz sint compositi prior his numerus medietatis loco est: ⁊ hoc erit vsqz dum occurrēs vnitas terminum fecerit. Ut si ponat quis quinarius numerum altrinsecus circa ipsum sunt supra. 4. inferius ser. Hic ergo si iuncti sunt: faciunt. 10. quorum. 5. numerus medietas est. Qui autez circa ipsos idest circa. 6. ⁊. 4. sunt. 3. scilicet ⁊. 7. idez si iuncti sunt eorum quinarius numerus medietas est. Rursus istorum qui altrinsecus positi sunt si iungantur etiam hi qui quinarii numeri dupli sunt. Maz super. 3. sunt. 2. sup. 7. sunt. 8. Hi ergo si iuncti sunt faciunt. 10. quorum quinarius rursus medietas est. Hoc idem in omnib⁹ numeris euenit: vsqz dum ad vnitatis terminum perueniri queat. Sola enim vnitas circum se duos terminos non habet: atqz ideo eius qui est prope se soli⁹ est medietas. Nam iuxta vnum solus est binarius naturaliter constitutus cuius vnitas media ps est. Quare constat primam esse vnitatem cunctorum qui sunt in naturali dispositione numerorum ⁊ eam rite toti⁹ quamuis prolixe genitricem pluralitatis agnosci.

Diuisio paris numeri. Capl'm. viij.

Paris autem numeri species sunt. 3. Est. n. vna que dicitur pariter par: alia vero pariter impar. tertia impariter par. Et contraria quidem: locaque optinentia summitatum videntur esse pariter par: ⁊ pariter impar. Medietas autem quedam que vtrorūqz participat est numerus qui vocatur impariter par.

De numero pariter pari eiusqz proprietatibus. Capitulum. ix.

Pariter par numerus est. qui potest in duo paria diuidi: eiusqz ps in alia duo paria partisqz pars in alia duo paria: vt hoc totiens fiat: vsqz dum diuisio partium ad indiuisibilem naturalter perueniat vnitatez Ut. 64. numerus habet medietatem. 32. hic autem medietatem. 16. hic vero. 8. hunc quoqz quaternarius in equa partit. qui binarii dupl⁹ est: sed binari⁹ vnitatis medietate diuiditur: que vnitas naturaliter singularis non recipit sectionez. Huic numero videtur accidere vt quecunqz eius fuerit pars cum nomine ipso vocabuloqz pariter par inueniatur: tum ēt quātitate. Sed ideo mihi videtur hic numerus pariter par vocatus: quod eius omnes partes ⁊ nomine ⁊ quantitate pares pariter inueniantur. Quomodo autem ⁊ nomine ⁊ quantitate pares habeat partes hic numerus post dicemus. Horum autem generatio talis est. Ab vno enim quoscunqz in duplici ꝓportione notaueris: semper pares pariter procreantur. Preter hanc autem generationem vt nascantur aliter impossibile est. Huius autem rei tale videtur per ordinem descriptionis exemplum. Sintqz cuncti duplices ab vno. 1. 2. 4. 8. 16. 32. 64. 128. 256. 512. atqz hinc si fiat infinita progressio: tales cūctos inuenies. factiqz sunt ab vno in duplici proportione: ⁊ omnes sunt pariter pares. Illud autem non minima consideratione dignū est: quod eius omnis pars ab vna parte quacunqz que intra ipsum numeruz est denominatur: tantamqz summam quantitatis includit: quota pars est alter numerus pariter paris illius qui eum continet q̄ntitatis. Itaqz fit vt sibi partes ipse respōdeant: vt quota pars vna est tantam habeat altera quantitatem: ⁊ quota pars ista est: tantam in priore summam necesse sit multitudinis inueniri. Et primum fit si pares fuerint dispositiones: vt due medie partes sibi respondeant. post vero que sup ipsas sunt sibi inuicem conuertantur: atqz hoc idem fiat donec vterqz terminus extremitates incurrat. Pōatur enī pariter paris ordo ab vno vsqz. 128. hoc modo. 1. 2. 4. 8. 16. 32. 64. 128. ⁊ ea sit summa maxima. In hoc igitur quoniam pares dispositiones sunt: vna medietas non potest inueniri. Sunt igitur due: idest. 8. ⁊. 16. q̄ considerande sunt quemadmodum ipse sibi respondeant. Totius enim summe idest. 128. octaua pars ē. 16. sextadecima. 8. Rursus super has partes que sūt ipse sibi inuicem respondebunt: idest. 32. ⁊. 4. Nam 32. quarta ps ē totius sūme. 4. vo trigesima secunda Rursus super has ptes. 64. secūda pars ē. 2. vo sexagesima quarta. Donec extremitates limitem faciāt: quas dubiū nō ē cadē respōsiōe gaudere. Est enī oīs sūma semel. 128. vn⁹ vo centesim⁹ vigesimus octau⁹. Si autem impares termios ponamus idest summas idem enim terminos quod summas nomio: secundū imparis naturam potest vna medietas inueniri: atqz vna sibi ipsa est responsura. Si. n. ponatur hic ordo. 1. 2. 4. 8. 16. 32. 64. vna erit sola medietas idest. 8. q 8. summe totius ps est octaua ⁊ sibiipsi ad denomiationem. quantitatemqz conuertitur. Eodēqz modo sicut superius circa ipsum qui sunt termini: donant sibi mutua nomina secundum proprias quātitates vocabulumqz permutant. Maz. 4. sextadecima pars est totius summe. 16. vero quarta. Et rursus super hos terminos. 32. secunda pars est totius summe. 2. vero trigesima secunda: ⁊ semel tota summa. 64. sunt: sexagesimaquarta vero vnitas inuenitur. Hoc igitur est quod dictum est: omnes eius partes ⁊ nomine ⁊ quantitate pariter pares inuēiri. Hoc quoqz multa consideratione: multaqz constantia diuinitatis perfectum est: vt ordinatim disposite minores sūme in hoc numero ⁊ super seipsas coaceruate: sequēti minus vno semper equentur. Si enim vnum iungas his qui sequuntur duobus: fiunt. 3. idest qui vno minus quaternario cadunt. Et si superioribus addas 4. sunt. 7. qui ab octonario sequente sola vnitate vincuntur. Sed si eosdem. 8. supradictis adiunxeris. 15. fient. qui par. 16. numeri existeret quantitati. nisi minor vnitas īpediret. Hoc autem prima etiam numeri progenies seruat atqz custodit. Namqz vnitas que prima est: duobus subsequentibus sola est vnitate cōtractior: vnde nihil mirum est: totum summe cremētum proprio consentire principio. Hec autem nobis consideratio maxime proderit in his numeris cognoscendis quos superfluos vel imminutos imperfectosqz monstrabimus. Illic enim coaceruata quantitas partium numeri totius termino comparatur. Illud

quoqz

quoqꝫ nulla possumus obliuione transmittere :quod in hoc numero respondentibus sibi inuicem partib⁹ multiplicatis:maior extremitas eiusdeꝫ numeri summaqꝫ conficitur. Et primum si pares fuerint dispositiones medii multiplicantur:atqꝫ inde qui super ipsos sunt: vsqꝫ ad supradictas extremitates. Si enim fuerint pares dispositiones:secundum naturam paris duos in medio terminos continebūt: vt in ea. dispositione numerorum in qua extremus terminus. 128. finitur. In hoc enim numero medietates sunt. 8.scilicet 2.16.que in se multiplicate:maiorꝭ summā crescente pluralitate conficient. Octies enim.16. vel sedicies.8.si multiplices.128.summa concrescit. Atqꝫ hi numeri qui super eosdem sunt si multiplicētur idē faciunt. Nam.4.2.32.in se si multiplices:supradictā facient extremitatem.4.enim trigies:2 bis:vel quater.32.ducti.128.immutabili necessitate complebunt Atqꝫ hoc vsqꝫ ad extremos terminos cadit : idest.1. 2.128. Semel enim extremus terminus.128.est. Centies vigies atqꝫ octies vnitate multiplicata. nihil de priore quātitate mutabitur. Si autem impares fuerint dispositiones: vnus medius terminus inuenitur. atqꝫ ipse sibi propria multiplicatione respondet. In eo namqꝫ ordine numerorum: vbi extremus terminus: 64.pluralitate conduditur.sola inuenitur vna medietas:idest.8. Quam si octies idest in semetipsaꝫ multiplices.64.explicabit. Atqꝫ idem reddūt illi qui super hanc medietatem sunt vt dudum hi qui super duas positi faciebant. Nam quater.16.64.iunt.2 sedecies.4.ideꝫ complent. Rursus bis.32.facti a.64. non discedunt.2 trigies bis duo.eosdem cumulant:2 semel.64.vel vnitas sexagiesquater multiplicata: eundem numerum sine vlla varietate restituent.

De numero pariter impari eiusqꝫ proprietatibus. Capitulum.x.

Pariter autem impar numerus est qui 2 ipse quidem paritatis naturam substantiaꝫ qꝫ sortitus est:sed in contraria diuisione nature numeri pariter paris opponitur. Docebitur namqꝫ q̃ꝫ lōge hic dissimili ratione diuidatur. Nam quoniam par est in partes eq̃les recipit sectionem partes vero eius mox indiuisibiles atqꝫ insecabiles permanebunt vt sunt. 6 .10. 14.18.22.2 his similes. Mox enim hos numeros si in gemina fueris diuisione partitus:incurris in imparem quem secare non possis. Accidit autem his qꝫ omnes partes contrarie denominatas habent:q̃ꝫ sūt quantitates ipsarū partiū que denominantur. Neqꝫ vnquam fieri potest: vt quelibet pars huius numeri eiusdem generis denominationem quantitatēqꝫ suscipiat. Semper enim si denominatio fuerit par.quātitas ptis erit impar:2 si fuerit denominatio impar: quantitas erit par: vt in.18.secunda eius pars est: id est media quod paritatis nomen est.9.que impar est quantitas. Tertia vero que impar est denominatio sex:cui par pluralitas est. Rursus si conuertas sexta pars que par est denominatio:tres sunt:sed ternari⁹ impar est. Et nona pars quod impar est vocabulum .2.qui par numerus est. Atqꝫ ideꝫ in aliis cunctis qui sunt pariter impares inuenitur. Neqꝫ vnquam fieri potest: vt cuiuslibet.partis.sit eiusdeꝫ generis nomē 2 numerus. Fit autem horuꝫ procreatio numerorum si ab vno disponantur quicunqꝫ duobus differunt:id est omnibus:imparibus naturali sequentia atqꝫ ordine constitutis. Namqꝫ hi si per binarium numerum multiplicentur omnes pariter impares:rite pluralitas dimensa efficiet. Ponatur eium prima vnitas. 1.2 post hunc qui ab hoc duobus differt.idest tres:2 post hunc qui rursus a supiore duobus idest.5.2 hoc in infinitum:2 fit huiusmodi dispositio.1.3.5.7.9.11. 13.15.17.19. Hi ergo naturaliter sequentes impares sūt:quos nullus in medio par numerus distiguit. hos si per binarium numerus distingui. si per hos si per binarium numerum multiplices:efficies hoc modo.bis vnum idest.qui diuiditur quidem:sed ei⁹ partes indiuisibiles reperiuntur propter insecabilis vnitatis naturam. Bis.3.bis.5.bis.7.bis.9.bis.11.2 de inceps ex quib⁹ nascuntur hi.2.6.10.14.18. 22. Quos si diuidas: vnam recipiunt sectionem: ceteram repudiantes:quod secunda diuisio ab imparis medietate partis excluditur. His autem numerus ad se inuiceꝫ quaternarii sola distātia est. Namqꝫ inter duo 2 sex numeros.4.sunt. Rursus inter.6.2 10.2 inter.10.2. 14.2 iter.14.2.18.idem quaternarius differentiam facit. Hi namqꝫ omnes quaternaria sese numerosita te transcendunt. Quod iccirco cōtingit.quoniaꝫ primi qui positi sunt idest eorum fundamenta :binario se numero precedebāt quos quoniam per binarium multiplicauimus: in quaternarium numerum creuit illa progressio. Duo eniꝫ per bis multiplicati: quaternarii faciunt summam. Igitur in naturalis numeri dispositione:pariter impares numeri quinto loco a se distant:solis.4.se precedunt.3.in medio transeuntes per binarium numerum multiplicatis imparib⁹ procreati. Contrarie vero esse dicūtur he species numerorum:idest pariter par:2 pariter impar .quod si numero pariter impari solam diuisioneꝫ recipit maior extremitas:in illo vo solus minor terminus sectione solutus est.2 quod in forma pariter paris numeri ab extremitatibus incipienti:2 vsqꝫ ad media progredienti quod continetur sub extremis terminis idem est illi quod continetur sub intra se positis summulis. Atqꝫ hoc idē vsqꝫ ad duas medietates fuerit ventum in dispositionibus scilicet paribus. Si autem fuerint impares dispositiones quod ab vna medietate conficitur hoc idem sub altrinsecus positis partibus procreat. Atqꝫ hoc vsqꝫ dum ad extremitates processio fiat. In ea eniꝫ dispositione que est.2.4.8.16.idē reddunt.2.per.16.multiplicati:quod.4.per octonarium numerum ducti. Utroqꝫ enim modo.32.fient. Quod si impar sit ordo vt est.2.4.8.idem facient extremi quod medietas. Bis enim.8.sunt.16. quatuor quater sunt.16.qui numerus a quaternario in se ducto perficitur. In numero vero pariter impari si fuerit vnus in medio terminus:circū se positor termiorum si in vnū redigantur medietas est. Et idem eorū quoqꝫ qui super hos sunt terminos medietas est. Atqꝫ hoc vsqꝫ ad extremos omnium terminorum vt in eo ordine qui est pariter imparium numeroruꝫ .2.6. 10.iunctus binarius cum denario.12.explet.cuius senarius medietas inuenitur. Si vo fuerint due medietates iuncte:ipse vtreqꝫ equales erūt super se terminis constitutis. vt est in hoc ordine.2.6.10.14. Iuncti enim.2.2.14.in.16.crescunt:quos senarius cuꝫ denario copulatus efficiet. Atqꝫ hoc in numerosioribus terminis initio sumpto a mediis euenit vsqꝫ dum ad extrema veniatur.

De numero impariter pari ;eiusqꝫ ;ꝓprietatibus. Capitulum. ii.

Pariter par numerus est ex vtrisq; confectus ⁊ medietatis loco gemina extremitate concluditur: vt qua ab vtroq; oscrepet. eadem ad alterutrum cognatione iungatur. Hic autem talis est qui diuidit in equas partes: cuiusq; pars in alias equas diuidi potest: ⁊ ēt aliquando partes partium diuiduntur: sed non vt vsq; ad vnitatem progrediatur equabilis illa distinctio vt sunt. 24. ⁊. 28. Hi enim possunt in medietates diuidi: ⁊ eorum rursus partes in alias medietates sine aliqua dubitatione soluuntur. Sunt etiam quidā alii numeri quorum partes alias recipiunt diuisiones: ḣ ipsa diuisio ad vnitatem vsq; non peruenit. Igitur in eo quod plus q̄ vnam suscipit sectionem: habet similitudinem pariter paris: sed a pariter impari segregatur. In eo vero quod vsq; ad vnum sectio illa non ducitur. pariter imparem non refutat: sed a pariter pari disiungitur. Contingit autem huic nūero ⁊ vtraq; que illi recipiunt optinere. Et habet quidem quod vtriq; non habent quod cum in vno solus maior terminus diuideretur: in alio vero solus minor terminus non diuideretur. in hoc neq; sol⁹ maior terminus diuisionem recipit: neq; minor solus termin⁹ a diuisione seiungitur. Nam ⁊ partes soluuntur ⁊ vsq; ad vnitatem sectio illa non peruenit. sed ante vnitatem inuenitur terminus quem secare non possis. Optinet autem que illi quoq; recipiunt. quod quedam partes ei⁹ respondent: denominanturq; secundum genus suum ad ꝓpam quantitatem: ad filidinem scilicet pariter paris numeri. Alie vero partes contrariam denominationem sumunt proprie quantitatis ad pariter imparis scilicet formam. In. 24. enim numero par ē quantitas parti a paris numero denominata. Nam quarta. 6. secunda vero. 12. sextam vero. 4. duodecima. 2. que vocabula partium a quantitatis paritate non discrepant. Contrarie vero denominant cuj tertia pars octo: octaua vero. 3. vigesima autem quarta. 1. que denominationes cum pares sint inueniuntur impares quantitates. ⁊ cum sint pares summe: sunt impares denominationes. Nascuntur autej tales numeri ita vt substantiam naturamq; suam in ipsa etiā propria generatione designent: ex pariter paribus ⁊ pariter imparib⁹ procreati. Pariter enim impares cuncti vudum ordinatim positis imparibus nascebā tur. pariter vero pares ex duplici progressione. Disponantur igitur oēs in ordīem naturaliter impares ⁊ sub his a quattuor inchoantes omnes duplices ⁊ sint hoc modo:

	3	5	7	9	11	13
	4	8	16	32	64	128

His igitur ita pontis si primus primi multiplicatione concrescat: idest si quaternarii ternarius: vel si idē primus secundi: idest octonarii ternarius vel si idem primus tertii idest. 16. ternarius ⁊ idem vsq; ad vltimum. vel si secundus primi ⁊ secundi. vel si secundus tertii ⁊ eadem vsq; ad extremum multiplicatio proferatur. vel si tertius a primo inchoās vsq; in extremum transeat. Atq; ita quartus ⁊ omnes in ordinem superiores multiplicent eos qui sub ipsis in dispositione sunt omnes impariter pares procreabunt. Huius autem rei tale sumamus exemplum: si tres q̄ter multiplices. 12. fient: vel si. 5. quatuor multiplicent. 20. numerus excrescet: vel si item. 7. multiplicent. 4. 28. succrescet: atq; hoc vsq; in finez. Rursus si. 8. multiplicent. 3. nascentur. 24. Si. 8. in. 5. fiunt. 40. si. 8. in. 7. colligentur. ¶ Atq; ad hunc modum si omnes inferiores duplices: a superioribus multiplicentur: vel si superiores eosdem inferiores multiplicent: cunctos qui nati fuerint impariter pares inuenies. Atq; hec est admirabilis huius numeri forma: quod cum fuerit ipsa dispositio descriptioq; pspecta numeroꝝ ad latitudinem pariter imparium: ad longitudinem pariter parium numerorum proprietas inuenitur: Sunt enim duabus medietatibus equales due extremitates: vt vna medietate due duplices extremitates In longitudinem vero pariter paris numeri rem proprietatemq; designat. Quod eniz sub duabus medietatibus cōtinetur. equale est ei quod sub extremis cōficitur: vel quod ab vna medietate nascitur. equale ē illi quod sub vtrisq; extremitatibus continetur. Descriptio autem que supposita est: hoc modo facta est Quantoscunq; in ordine pariter parium numeroruz ternarius numerus multiplicauit: quicūq; ex eo procreati sūt: primo sunt versu dispositi. Rursus qui eosdem multiplicāte quinario nati sunt: secundo loco cōstituti sunt. Post vero quos septenari⁹ ceteros multiplicando procreauit. eosdem tertio conscripsimus loco: atq; idem reliqua descriptionis parte perfecimus.

¶ In hac formula sequenti similitudo pariter paris ⁊ pariter imparis ad impariter parem ostenditur.



Descriptionis ad impariter paris in latitudine: in longitudine ad pariter paris naturam pertinentis expositio.

Capitulum.xii

Superius igitur digeste descriptionis hec ratio est. Si ad latitudinem respicias: vbi est duorum terminorum vna medietas: ipsosq; terminos iungas: duplos eos medietate propria repies vt. 36.7.20. faciunt. 56. quorum medietas est. 28. qui medius est inter eos terminus constitutus. Et rursus. 28.7.12. si iungas faciunt. 40. quorum. 20. medietas medius eorum terminus inuenitur At vero vbi duas medietates habent vtreq; extremitates iuncte: vtrisq; medietatibus equales fiunt. vt. 12.7.36. cum iunxeris fiunt. 48. horum si medietates sibimet applicaueris: idest. 20.7.28. idem erit. atq; i alia parte latitudinis eodem ordine qui fiant numeri notati sunt. Neq; vlla in re ratio vtriusq; latitudinis discrepabit: idemq; in eodem ordine in ceteris numeris pernotabis: 7 hoc ꝑm formaz pariter imparis numeri fit in quo hanc proprietatem esse supra iam scriptum est. Rursum si ad longitudinem respicias vbi duo termini vnam medietatem habent quod fit ex multiplicatis extremitatibus: hoc fit si medius terminus sue capiat pluralitatis augmenta. Nam duodecies. 48. faciunt. 576. Medius vero eorum terminus idest. 24. si multiplicetur: eosdem rursus. 576. procreabit. Et rursus si. 24. in. 96. multiplicẽtur faciũt. 2304. Quorum medius terminus idest. 48. si i semet ipsum ducatur idem. 2304. procreantur. Vbi autem termini duo duas medietates includunt: quod fit multiplicatis extremitatibus. hoc idem redditur i alterutram summam medietatibus ductis. Duodecies enim. 96. multiplicatis. 1152. procreantur: due vero eorum medietates idest. 24.7.48. si in semetipsas multiplicentur: eosdem. 1152. restituent. Atq; hoc est ad imitationem cognationemq; numeri pariter paris: a quo participatione tracta hec ei recognoscitur ingenerata proprietas. Et in alio vero latere lõgitudinis: eadem ratio descriptioq; notata est.

Quare manifestum est hunc numerum ex prioribus duobus esse procreatum: qm̃ eoꝝ retinet pprietates.

¶De numero impari eiusq; diuisione Capi. xiii.

IMpar quoq; numerus est: qui a paris numeri natura substantia q; desiunct' est. Siquidem ille in gemina membra equa diuidi potest: hic ne secari queat vnitatis impedit interuentus. Tres habet similiter subdiuisiones. quaruꝝ vna eius pars est is numerus qui vocatur primus ⁊ incompositus. Secunda vero qui est secundus ⁊ composit'. Et tertia is qui quadam horum medietate coniunct' est: ⁊ ab vtriusq; cognatiõe aliud naturaliter trahit q est p se quidem secũdus ⁊ q cõpositus: sed ad alios comparat' primus ⁊ incompositus inuenit'.

¶De primo ⁊ incompsito. Capi. xiiii.

IT primus quidem ⁊ Incompositus est qui nullam aliam partem habet nisi eam que a tota numeri quantitate denominata sit. vt ipsa pars non sit nisi vnitas vt sunt. 3. 5. 7. 11. 13. 17. 19. 23. 29. 31. In his ergo singulis nulla vniq; alia pars inuenietur: nisi que ab ipsis denominata est: ⁊ ipsa tantum vnitas vt supra iam dictum est. In tribus enim vna pars sola est. id est. tertia: que a tribus scilicet denominata est: ⁊ ipsa tertia pars vnitas. Eodemq; modo quartii sola quinta pars est: ⁊ hec vnitas atq; idem in singulis consequens reperietur. Dicitur autem primus ⁊ incompositus quod nullus cum alter numerus metiatur: preter solam que cunctis mater est vnitatez. Namq; ternarium. 2. non numerant. iccirco quoniam si solos duos contra tres compares pauciores sunt. Sin vero binarium bis facias: ampliorem tribus concrescit in. 3. Metitur autem numerus numerum: quotiens vt semel vel bis vel tertio vel quotienslibet numerus ad numerum comparatus neq; diminuta summa neq; aucta ad comparati numeri terminum vsq; peruenit vt duo si ad. 6. compares: binarius numerus senarium tertio metietur. primos ergo ⁊ incompositos nullus numerus metietur: preter vnitatẽ solam. quoniam ex nullis aliis numeris compositi sunt sed tantũ ex vnitatibus in semetipsis acutis multiplicatisq; procreantur. Ter enim vnus. 3. ⁊ quinquies vnus quinq;. ⁊ septies vnus. 7. fecerunt. Et alii quidez quos supra descripsimus eodem modo nascuntur. Hi autem in semetipsos multiplicati faciunt alios nũeros velut primi: eosq; primam rerum substantiam vimq; sortitos: cunctorum a se procreatorum velut quedam elemẽta reperies. quia scilicet ⁊ incõpositi sunt: ⁊ simplici generatione formati: atq; in eos omnes quicunq; ex his prolati sunt numeri resoluuntur: ipsi vo neq; ex aliis producuntur: neq; in alia reducuntur.

¶De secundo ⁊ composito. Capi. xv.

SEcundus vero ⁊ compositus ⁊ ipse quidem impar est propterea quod eadem imparis proprietate formatus est: sed nullaꝝ in se retinet substantiam principalez compositusq; est ex aliis numeris. habetq; partes: ⁊ a seipso ⁊ ab alieno vocabulo denominatas. sed a seipso denominatam partem solam semper in his inuenies vnitatem. ab alieno vero vocabulo vel vnam: vel quotlibet alias: quanti fuerint scilicet numeri quib' ille compositis procreatur. vt sunt hi. 9. 15. 21. 25. 27. 33. 39. Horum ergo singuli habẽt quidẽ a se denominatas partes proprias scilicet vnitates. vt. 9. nonam idest. 1. 15. quintamdecimam: eandẽ rursus vnitatem. ⁊ in ceteris quos supra descripsimus idem conuenit. Habent etiam ab alieno vocabulo p̃tem. vt. 9. tertiam. idest ternarium. ⁊. 15. tertiam idest. 5. ⁊ quintam: idest. 3. 2. 1. vero tertiaz: idest. 7. septimam. 3. ⁊ in omnibus aliis eadem consequentia est. Secundus autem vocatur hic numerus: quoniaz nõ sola vnitate metitur sed etiam alio numero a quo scilicet coniunctus. est. Neq; habet in se quicquaz principalis intelligentie: Nam ex aliis numeris procreat. 9. quidem ex tribus. 15. vero ex tribus. ⁊. 5. ⁊. 21. ex tribus ⁊. 7. ⁊ ceteri eodem modo. Compositus autez dicitur eo quod resolui potest in eosdez ipsos a quibus dicitur esse compositus: in eos scilicet qui compositum numeruz metiuntur. Nihil autem quod dissolui potest incompositum est: sed omni rerum necessitate compositum.

¶De eo qui per se secundus ⁊ compositus ad aliũ primus ⁊ incompositus est. Capl'm. xvi.

Is vo contra se positis: idest primo ⁊ incõposito: ⁊ secõdo ⁊ composito ⁊ naturali diuersitate disiunctis: alius ĩ medio cõsiderat'. q ipse quidẽ cõpositus sit ⁊ secũdus. ⁊ alteri' recipiens mẽsionẽ: atq; iõ ⁊ ptis alieni vocabuli capax: sed cuz fuerit ad aliũ eiusdẽ gñis numerũ cõparatus: nulla cũ eo cõmuni mensura coniungitur: nec habebũt ptes equocas vt sũt. 9. ad. 25. nulla hos communis numerozum mensura metitur: nisi forte vnitas que omnium nũeroꝝ mensura cõmũis ẽ. Et hi quidẽ non hãt equocas partes. Nam que in. 9. tertia est: in. 25. non est: ⁊ que in. 25. quinta est ĩ nouenario non est. Ergo hi per naturam vtriq; secundi ⁊ compositi sũt comparati vero ad seinuicem primi ⁊ cõpositiq; reddũt': qõ vtrosq; nulla alia mensura metitur nisi vnitas que ab vtrisq; denominata est. Naz ⁊ nouenario nona est: in. 25. vigesimaquinta.

¶De primi ⁊ incõpositi: ⁊ secũdi ⁊ cõpositi: ⁊ ad se quidem secũdi ⁊ cõpositi ad alterutrum vero primi ⁊ incõpositi procreatione. Capi. xvii.

GEneratio aũt ipsorum atq; ortus huiusmodi inuestigatione colligit'. quam. s. Eratosthenes cribrum nominabat: qõ cũctis imparibus ĩ medio collocatis per eam quã traditurĩ sum' artẽ: q primi: q ve secundi quiq; tertij generis videant' esse distinguitur. Disponãt' enim a ternario nũero cũcti in ordinẽ impares: ĩ quãlibet longissimã porrectionẽ. 3. 5. 7. 9. 11. 13. 15. 17. 19. 21. 23. 25. 27. 29. 31. 33. 35. 37. 39. 41. 43. 45. 47. 49. His igitur ita dispositis considerandum: primus numer' quẽ eoꝝ qui sunt in ordĩe positi primũ metiri possit. ⁊ duob' preteritis illũ qui post eos est posit' mox metitur. Et si post eundem ipsum quẽ mẽsus est: alii duo trãsmissi sunt: illũ qui post duos est rursus metitur. Et in eodem mõ si duos quis reliquerit: post eos q est a prio numero metiendus est. Eodẽq; mõ relictꝫ semp duob' a primo in infinitũ pergentes metiẽtur Sed id non vulgo neq; confuse. Nam prim' numer' illũ qui est post duos secundũ se locatos p̃ suã quãtitatẽ metitur. Ternarius enĩ nũerus tertio. 9. metit'. Si autem post nouenarium duos reliq̃ro: qui mihi post illos ĩcurrerit: a prio metiendus est per secundi imparis quantitatẽ: idest per quinarium. Nã si post. 9. duos velinquam idest. 11. ⁊. 13. ternarius nũer'. 15. metietur per secundi numeri quantitatem: idest per

quinarii

quinarij quoniam ternarius.15.quinquies metitur. Rursus si a quindenario inchoans duos intermisero qui posterior positus est:eius primus numerus mensura est per tertij imparis pluralitatem. Nam si post. 15.intermisero.17.7.19.incurrit.21. quem ternari⁹ numerus secundum septenarium metitur.21.eni numeri ternarius septima pars est. Atq; hoc in infinitum faciens:reperio primum numerum si binos intermisero omnes sequentes post se metiri secundum quantitatem positorum ordine imparium numerorũ Si vero quinarius numerus qui.in secundo loco est constitutus:velit quis cuius prima ac deinceps sit mẽsura inuenire:transmissis.4. imparibus quintus ei quem metiri possit.occurrit. Intermittantur enim. 4.impares idest.7.7.9.7.1.7.13.post hos est quintus decimus:quem quinarius metitur:secundum primi scilicet quantitatem:idest ternarij.quinq; eni.15. tertio metitur. Ac deinceps si quattuor intermittat eum qui post illos locatus est:secundus idest quinarius sui quantitate metitur. Nã post quindecim intermissis.17.7.19.7.21.7.23.post eos.25.repio:quos quinarius scilicet numerus sua pluralitate metitur. Quinquies enim quinario multiplicato. 25. succrescunt. Si vero post hunc quilibet.4.intermittat:eadem ordinis seruata constantia:qui eos sequitur secundum tertij.i.septenarij numeri summam a quinario metietur. Atq; hec est infinita processio. Si vero tertius numerus quem metiri possit exquiratur: sex i medio relinquentur:7 quem septimus ordo monstrauerit:hic per primi numeri.i.ternarij quantitatẽ metiendus est. Et post illum sex alijs interpositis: quem post eos numeri series dabit:per quinarium.i.per secundum tertij eum mensura percurret. Si vero alios rursus sex in medio quis reliquat:ille qui sequitur p septenarium numerum ab eodem septenario metiendus est:idest per tertij quantitatem. Atq; hic vsq; in extremum ratus ordo progreditur. Suscipient ergo metiendi vicissitudinem:quemadmodum sunt in ordinem naturaliter impares constituti. Metientur autẽ si per pares numeros a binario inchoantes positos inter se impares rata intermissione transiliant:vt primus duos:secundus.4.tertius.6.quartus.8.quint⁹. 10. Vel si locos suos conduplicent 7 secundum duplicationem terminos intermittant vt ternarius qui primus est numerus 7 vnus. (Omnisq; enim prim⁹ vn⁹ est) bis locum suum multiplicet: faciatq; bis vnum. Qui cum duo sint.primus duos medios transeat.rursus secundus idest quinarius:si locum suum duplicet. 4.explicabit:hic quoq;.4.intermittat. Item si septenarius qui tertius est locum suum duplicet: sex creabit. Bis enim.3.senarium iungunt.hic ergo in ordinem sex relinquat. Quartus quoq; si locum suum duplicet.8.succrescent.ille quoq;. 8. transiliat.atq; hoc quidem ceteris perspiciendum. Modum autem mensionis secundum ordinem collocatorum ipsa series dabit. Nam primus primum quem numerat.secundum primum numerat:idest secundum se.7 secundum primus quem numerat:per secundum numerat.7 tertiũ per tertium 7 quartum item per quartum. Cum autem secundus mensionem susceperit primum quẽ numerat secundum primum metitur.secundũ vero quẽ numerat per se.idest per secundum 7 tertium per tertium.7 in ceteris eadem similitudine mensura constabit. Alios ergo si respicias:vel qui alios mensi sunt:vel qui ipsi ab alijs metiuntur: inuenies omnium simul communem mensuram esse non posse. neq; vt omnes quemquam alium simul numerent. quosdam autem ex his ab alio posse metiri ita vt ab vno tantum nũerentur.alios vero vt etiam a pluribus.quosdam autẽ vt preter vnitatem eorum nulla mensura sit. Qui ergo nullam mensuram preter vnitatem recipiunt:hos primos 7 incompositos iudicamus.qui vero aliquam mensuram preter vnitatem vel alienigene partis vocabulum sortiuntur:eos pronunciemus secundos atq; compositos. Tertium vero illud genus per se secũdi 7 compositi:primi vero 7 incompositi ad alterutrum comparari:hac inquisitor ratione reperiet. Si enim quoslibet illos numeros secundum suam in semetipsos multiplices quantitatem: qui procreantur ad alterutrum comparati:nulla mensure communione iunguntur. Tres enim 7.5.si multiplices:tres tertio.9.faciunt:7 quinquies.5.reddent.25. His igitur nulla est cognatio communis mensure. Rursus.5.7. quos procreant si compares:hi quoq; incommensurabiles erunt. Quinquies enim quinq; vt dictum est est.25.septies.7.faciunt.49. Quorum mensura nulla communis est:nisi forte omnium horum procreatrix 7 mater vnitas.

De inuentione eorum numerorum qui ad se secundi 7 compositi sunt:ad alios vero relati primi 7 incompositi. Capitulum.xviii.

Ua vero ratione tales numeros inuenire possimus:si quis nobis eosdem proponat 7 imperet agnoscere vtrum aliqua mensura commensurabiles sint:an certe sola vnitas vtrosq; metiatur:reperiendi ars talis est. Datis enim duobus numeris inequalibus:auferre ꝺ maiore minorẽ oportebit.7 qui relictus fuerit: si maior est:auferre ex eo rursus minorẽ:si vero minor fuerit eum ex reliquo maiore detrahere. Atq; hoc eo vsq; faciendum:quoad vnitas vltima vicem retractionis impediat:aut aliquis numerus impar necessario si vtriq; numeri impares proponantur. Sed eum q relinquitur numerum sibiipsi videbis equalem. Ergo si in vnum incurrat vicissim ista subtractio: primi contra se necessario numeri dicentur:7 nulla alia mẽsura nisi sola vnitate coniuncti. Si vero ad aliquẽ numerum vt superius dictum est:finis diminutionis incurrerit:erit ens numerus qui metiatur vtrasq; summas.atq; eundem ipsum qui remãserit. dicem⁹ vtrorumq; communem esse mensuram. Age enim duos numeros propositos habeam⁹:quos iubeamur agnoscere:an eos aliqua mensura communis metiatur Atq; hi sint.9.scz:7.29.hoc igitur faciemus modo reciprocam diminutionem. Auferamus de maiore minorem:hoc est:de.29.nouenarium relinquentur. 20. Ex his ergo.20.rursus minorẽ detrahamus.idest.9. 7 relinquẽtur.ii. Ex his rursus detrabo.9.relicti sũt 2. Quos si detrabo nouenario:7 relicti sũt.7. Quod si duo rursus septenario dempseriz:supersunt.5.atq; ex his alios duos:tres rursum exuberant. quos alio binario diminutos sola vnitas superstes egredit.rursus si ex duob⁹ vnũ auferam:i vno termin⁹ detractionis herebit:quem duorum illor nũerorũ idest. 9.7. 29.solum neq; alium constat esse mensuram.hos ergo contra se primos vocabimus. Sed sint alii numeri nobis eadem conditione propositi.i.21.7. 9.vt q̃les hi sint inuestigentur cum sibimet fuerint inuicez

comparati. Rursus aufero de maiore minoris numeri quantitatem. idest. 9. de. 21. relinquentur. 12. Ex his rursus demo. 9. supersunt. 3. Qui si ex nouenario retrahantur: senarius relinquetur. Quibus item si quis ternarium demat. 3. relinquentur. de quibus tres detrahi nequeunt. atq; hic est sibi ipsi equalis. Nam. 3. qui detrahebantur vsq; ad ternarium numerum peruenerunt. a quo quoniam equales sunt: detrahi minuiq; non poterunt. Nos igitur commensurabiles pronunciabimus ⁊ est eorum qui est reliquus ternarius mensura communis.

¶ Alia partitio paris secūdum perfectos imperfectos ⁊ vltra quam perfectos.

Capitulum. xix

AL de imparibus numeris quantum introductionis permittebat breuitas expeditum est. Rursus numerorum parium sic fit secunda diuisio. Alii enim eorum sunt superflui. alii diminuti secundum vtrasq; habitudines inequalitatẏ. Omnis quippe inequalitas: aut in maioribus aut in minoribus consideratur. Illi. n. immoderata quodammodo plenitudine proprii corporis modum partium suarum numerositate precedunt. Illos autez veluti paupertate inopes oppressos q; quadam nature sue inopia minor quam ipsi sunt partium summa componit. atq; illi quidem quorum partes vltra quam satis est sese porrexerunt. superflui nominantur. vt sunt. 12. vel 24. Hi enim suis partibus comparati maiorem partium summam toto corpore sortiuntur. Est enim duo denarii medietas. 6. pars tertia. 4. pars quarta. 3. pars sexta. 2. pars duodecia. 1. est Omnisq; hic cumulus redūdat. in. 16. ⁊ totius corporis sui multitudinem vincunt Rursus. 24. numeri medietas est. 12. tertia. 8. quarta. 6. sexta. 4. octaua tria: duodecima. 2. vicesima quarta vnum qui omnes triginta ⁊ sex rependunt. In qua re manifestum est quod summa partium maior est: ⁊ supra proprium corpus erundat. Atq; hic qdem quoniam composite partes totius summam numeri vincunt: superfluus appellatur. Diminutus vero ille cuius eodem modo composite partes totiꝰ termini multitudine superantur. vt. 8. vel. 6. habet enim octonarius partem mediam: idest. 4. habet ⁊ quartam idest duo. habet ⁊ octauam idest vnum que cuncte in vnum redacte. 7. colligunt: minorē scilicet summam toto corpore concludentes. Rursus. 14. habēt medietatem idest septenarium. habent septimā: idest. 2. habent quartamdecimam idest. 1. que in vnum si collecte sint: denarii numeri summa concrescit: toto scilicet termino minor: Atq; hi quidem hoc modo sunt: vt prior ille quem sue partes superant talis videatur: tamq̄ si quis multis super naturam manibus natus vt centimanus gigas: vel triplici coniunctus corpore: vt gerion tergeminus vel quicquid vnq̄ monstruosum natura in partium multiplicatione surripuit. Ille vero vt si naturaliter quadam necessaria parte detracta. aut minus oculo nasceretur: vt cyclopee frontis dedecus fuit: vel quo alio curtatus mēbro: naturale totius sue plenitudinis dispendium sortiretur. Inter hos autem velut inter equales intemperantias medii temperamentum limitis sortitus est ille numerus qui perfectus dicitur: virtutis scilicet emulator qui nec superuacua progressione porrigitur: nec contracta rursus diminutione remittitur ꝗ medietatis obtinens terminum suis equus partibus nec crassatur abundantia: nec eget inopia. vt sex vel. 28. Namq; senarius habet partem mediam idest. 3. ⁊ tertiam idest. 2. ⁊ sextam idest. 1. que in vnam summam si redacte sint par totum numeri corpus suis partibus inuenitur. 28. vero habet medietatē. 14. ⁊ septimam. 4. nec caret quarta idest. 7. possidet quartamdecimam. 2. ⁊ Reperies in eo vicesimam octauam. 1. que in vnum redacte totum partibus corpus equabunt. 28. enim iuncte partes efficient.

¶ De generatione numeri perfecti.

Capitulum. xx.

ESt autem in his quoq; magna similitudo virtutis ⁊ vitij. Perfectos enim numeros raro inūies: eosq; facile numerabiles: quippe qui pauci sunt: ⁊ nimis constanti ordine procreati: at vero superfluos ac diminutos longe multos infinitosq; reperies: nec vllis ordinibꝰ passim inordinateq; dispositos: ⁊ a nullo certo fine generatos. Sunt autem perfecti numeri intra denarium numerum. 6. intra centenarium. 28. intra millenarium numerum. 496. intra decem milia. 8128. Et semper hi numeri duobus paribus terminantur. 6. ⁊. 8. ⁊ semper alternatim in hos numeros summarum fine peruenium. Nam ⁊ primum sex deinde. 28. Post hos. 496. idem senarius qui primus. post quē 8128. idem octenarius qui secundus. Generatio autē procreatioq; eorum est fixa firmaq; nec quo alio modo fieri possint: nec vt si hoc modo fiant aliud quiddam vllo modo valeat procreari: Dispositos enī ab vno omnes pariter pares numeros in ordinem quousq; volueris: primo secundum aggregabis: ⁊ si primus numerus incōpositus ex illa coaceruatione factꝰ sit totam summā in illū multiplicabis quē posterius aggreuaueras. Si vero coaceruatione facta primus ⁊ incompositus non inuentus fuerit sed compositus ⁊ secundus hunc transgredere atq; alium qui sequitur aggregabis. Si vero nec dum fuerint primus ⁊ incompositus: alium rursus adiunge ⁊ vide quid fiat Quod si primum incompositumq; reperies: tunc in vltime multitudinem summe coaceruationem multiplicabis. Disponantur enim omnes pariter pares numeri hoc modo. 1. 2. 4. 8. 16. 32. 64. 128. facies ergo ita: pones. 1. eiq; aggregabis. 2. Tunc respicies ex hac aggregatione qui numerus factus sit: sunt. 3. qui scilicet primus ⁊ incompositus est: ⁊ post vnitatem vltimum binarium numerum aggregaueras. Si igitur ternarium idest qui ex coaceruatione collectus est per binarium multiplices qui est vltimus aggregatus: perfectus sine vlla dubitatione nascetur. Bis enim. 3. 6. faciunt. qui habent vnam quidem a se denominatā partem idest sextam tres vero medietatem ꝗm dualitatem. at vero duo ꝗm coaceruationem idest ꝗm tertiariuz: quoniā coaceruati tres multiplicati sunt. Vigintiocto autem eodem modo nascūtur. Si enī super vnuz ⁊ duo qui sunt tres addas sequentē pariter parē idest. 4. septenariam sūmam facies sed vltimū nūerū quaternariū cōsequēter adiūxeras: per hūc igit̄ si illam coaceruationē multiplicaueris: pfectus numerus procreatur. Septies enim 4. 28. sunt qui est suis partibus par: habens vnū a se denominatum

denominatum ipest vigesimumoctauum. medietatez vero ꝑm binarium. 14. ꝑm quaternarium. 7. septimã vero ꝑm septenarium. 4. ꝑm omnium collectionem quartumdecimum duo: qui vocabulo medietatis opponitur. Ergo cum hi reperti sint. si alios inuenire se ceteris: eadẽ oportet ratione vt vestiges. Dones enim vnum licebit: ⁊ post hunc. 2. ⁊. 4. qui in septenarium cumulantur: sed de hoc dudum extitit. 28. perfectus numerus. Huic igitur qui sequitur pariter par idest. 8. continens iungatur accessio: qui prioribus superueniens. 15. restituit. Sed hic primus ⁊ incompositus si est. Habet enim generis alterius partem super illam que est a seipsa denominata: quintamdecimam scilicz vnitatem. Hunc igitur quoniam secundus est compositus preterito: ⁊ adiunge superioribus continentem pariter parem numerum idest. 16. Qui cum. 15. iunctus vnum ac. 30. conficiet. Sed hic primus rursus ⁊ incompositus est. Hunc igitur cum extremi aggregati summa multiplica: vt fiant sedecies. 31. qui. 496. explicant. Hec autem est intra millenariuz numeruz perfectas suis partib⁹ equa numerositas. Igitur prima vnitas virtute atqz potentia non etiaz actu vel re ⁊ ipsa perfecta est. Illam si primam ipsam sumpsero de proposito ordine numerorum: video primaz atqz incompositam: quam si per seipsam multiplico eadem mihi vnitas procreatur. Semel enim vnum solam efficit vnitatem que partibus suis equalis ẽ potentia solum ceteris etiam actu atqz opere perfectis. Recte igitur vnitas propria virtute perfecta est qõ ⁊ prima est ⁊ incomposita: ⁊ per seipsam multiplicata sese ipsa conseruat. Sed quoniam de ea quantitate q̃ per se sit dictum est: operis sequentiam ad illã que refertur ad aliquid transferamus.

De relata ad aliquid quantitate. Capitulum. xxi.

Ad aliquid vero quãtitatis duplex est prima diuisio. Omne enim aut equale est: aut inequale quicquid alterius comparatione metitur. Et equale quidem est: quod ad aliqd comparatum neqz minore summa infra est neqz maiore transgreditur: vt denarius denario: vel ternarius ternario vel cubituz cubito: vel pes pedi: ⁊ his similia. Hec autem pars relate ad aliquid quantitatis idest equalitas naturaliter indiuisa est. Nullus enim dicere potest: quod equalitatis hoc quidem tale est illud vero huiusmodi. Omnis enim equalitas vnã seruat in propria moderatione mensuram. Illud etiã quod que ei quantitas comparatur: nõ alio vocabulo atqz ipsa cui comparatur edicitur. Nam quemadmodum amicus amico amicus est: vicinusqz vicino: ita dicitur equalis equali. Inequalis vero quãtitatis germina diuisio est. Secatur enim quod inequale est in maius atqz minus que contraria sibimet denominatione funguntur. Namqz maius minoreimaius est: ⁊ minus maiore minus est: ⁊ vtraqz non eisdem vocabulis quemadmodum ꝑm equalitatem dictuz est: sed diuersis distantibusqz signata sunt ad modum discens scilicet vel docentis: vel cedentis vel vapulantis vel quecunqz ad aliquid relata aliter denominatis cõtrarijs comparantur.

De speciebus maioris inequalitatis ⁊ minoris. Capitulum. xxii.

Maioris vero inequalitatis quinqz partes sunt. Est enim vna que vocat multiplex alia superparticularis. tertia superpartiens quarta multiplex superparticularis: quinta multiplex superpartiens: His igitur quinqz maioris partibus opposite sunt alie quinqz partes minoris: quemadmodũ ipsum maius minori semper opponitur: que minoris species ita singillatim speciebus. v. minoris his que supradicte sunt opponuntur: vt eisdem nominibus nuncupentur sola tantum sub prepositione distantes. Dicitur enim submultiplex: subsuperparticularis: subsuperpartiens: multiplex subsuperparticularis: ⁊ multiplex subsuperpartiens.

De multiplici eiusqz speciebus earumqz generationibus. Capitulum. xxiii.

Rursus multiplex est prima pars maioris inequalitatis: cunctis alijs antiquior naturaqz prestantior: vt paulopost demonstrabimus. Hic autem numerus huiusmodi est: vt comparatus cum altero: illum contra quem comparatus est habeat plus quã semel. Quod primũ in naturalis numeri dispositione conueniet. nãqz ad vnũ cuncti qui sequuntur: omnium ordine multiplicium sequentias varietatesqz custodiunt. Ad primum enim idest vnitatẽ. 2. duplus. 3. triplus. 4. quadruplus: atqz ita in ordinem progredientes: omnes teruntur multiplices quantitates. Quod autem dictuz est: plus q̃z semel: id a binario numero principium capit: ⁊ in infinitum per ternarium quaternariumqz ⁊ ceterorum ordinem sequentiamqz progreditur. Contra hunc vero discriminatus est ille qui vocatur submultiplex: ⁊ hec quoqz prima minoris quantitatis species est. Hic autem numerus huiusmodi est: qui in alterius comparatione productus: plus q̃z semel maioris nũerat summã: sua. s. quãtitate cũ eo equaliter inchoãs equaliterqz determinãs. Idem autẽ dico numerat quod metitur. Si igitur bis solum maiorẽ nũerũ minor nũerus metiat: subduplus vocabitur. si vo ter: subtriplus. si quater subq̃druplus: ⁊ fit p̃ hec in infinitũ p̃gressio: additaqz eos sp̃ sub p̃positione nominabis: vt vn⁹ duoꝝ subduplus: triũ subtriplus. 4. subquadruplus appellet ⁊ consequenter. Cum aũt naturaliter multiplicitas ⁊ submultiplicitas infinita sit eorum quoqz spẽs per proprias generationes in infinita consideratiõe versant. Si enim positis i naturali constitutiõe numeris singulos p̃ suas consequẽtias pares eligas: omnium ab vno parium atqz impariuz sese sequentium duplices erunt: ⁊ huius speculatiõis termin⁹ nõ deficit. Donatur enim naturalis numerus hoc modo. i. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. ii. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. Horũ ergo si p̃mũ sumas parẽ. idest. 2. primi duplus erit idest vnitatis. Si vo sequẽtẽ parẽ idest. 4. secundi duplus est: idest duorum. Si vo tertiũ parẽ sumas. idest. 6. tertij nũeri i naturali constitutione dupl⁹ ẽ. i. ternarij. Si vo quartũ parem ispicias idest. 8. quarti numeri idest quaternarij duplus ẽ. Idẽqz i ceteris i ifinitũ sumẽtibus sine aliquo impedimẽto p̃cedit. Triplices aũt nascuntur: si i eadem dispositiõe naturali duo semp̃ itermittãt: ⁊ qui post duo sunt ad naturalẽ numerũ cõparẽt excepto ternario: q̃ vt vnitatis triplus sit solum binarium p̃termittit. Post vnũ ⁊ duo. 3. sunt qui triplus vni⁹ est. Rursus post. 4. ⁊. 5. sunt. 6. q̃ secũdi nũeri idest duorum

triplus est. Rursus post. 6. sunt. 7. 7. 8. 7 post hos. 9. qui tertij numeri idest ternarij triplus est. Atq; hoc idem in infinitum si quis faciat sine vlla offensione procedit. Quadruplorum vero generatio incipit si quis tres numeros intermittat. Post vnum quippe. 7. 2. 7. 3. sunt. 4. qui primi idest vnius quadruplus est. Rursus si intermisero quinarium: senarium: 7 septenarium: octonarius mihi quartus occurrit: tripl⁹ scilicet intermissis: qui binarij idest secundi numeri q̃ druplus est. At vero si post octo tres terminos intermisero idest. 9. 7. 10. 7. 11. duodenari⁹ qui sequitur ternarij numeri quadruplus est. Atq; hoc idem in infinitum progressis necesse est euenire: semperq; vna terminorum intermissione si crescat adiectio: ordinatas te multiplicis numeri vices inuenire miraberis. Si enim. 4. intermittas: quincuplus inuenitur: si quiq; sexcuplus. si sex septuplus semperq; ipsius multiplicitatis nomine vno minus intermissionis vocabulo p̃ creantur. Nam duplus vnum intermittit: triplus. 2. quadruplus. 3. quincuplus. 4. Et deinceps ad eundē ordinem sequentia est. Et omnes quidem dupli ꝓm p̃ prias sequentias parium numerorum pares sunt. Tripli vero vnus semper par terminus impar alius inuenitur. Quadrupli vero rursus semper parem custodiunt quantitatem. Constituūturq; a quarto numero vno ex prioribus per ordinem positis paribus intermisso primo pari binario: post hunc. 8. intermisso senario. post hunc. 12. transmisso denario. Atq; hoc idē in ceteris. Quincupli vero propositio ꝓm triplicis similitudinem alternatim paribus atq; imparibus positis ordinatur.

De superparticulari eiusq; speciebus earumq; generationibus. Capitulum. xxiiii.

Superparticularis vero est numerus ad alterum comparatus: quotiens habet in se totum minorem 7 partē eius aliquā. Qui si minoris habeat medietatem: vocatur sesqualter. sivo tertiam partem: vocatur sesquitertius. si vero quartam: vocatur sesquiquartus. 7 si quintam. vocatur sesquiquintus. Atq; his nominib⁹ i infinitū ductis i infinitū quoq; suppticularium forma progreditur. Et maiores quidem numeri hoc modo vocantur: minores vero qui habētur toti 7 eorū aliq̃ pars: vnus subsesqualter: alter subsesquitertius: alius subsesquiquartus: alius vero subsesquiquintus: atq; idem ꝓm maiorum normam multitudinemq; protenditur. Voco autem maiores numeros duces: minores. comites. Superparticularium quoq; infinita ē multitudo: ob eam rem quod eiusdem species interminabili progressione funguntur. Nam sesqualter habebit quidem duces omnes post ternarium numerū naturaliter triplices. Comites vero omnes post binarium naturaliter pares: hoc modo: vt primus primo secundus secundo. tertius tertio comparetur: 7 deinceps. Describantur enim longissimi versus tripliciū naturalis numeri atq; duplicium: 7 fit hoc modo.

1	2	3	4	5	6	7	8	9	10
3	6	9	12	13	18	21	24	27	30
2	4	6	8	10	12	14	16	18	20

Primus igitur versus continet numerum naturalem secundus ei⁹ triplicem: tertius vero duplicē: atq; in eo si ternarius binario: vel si senari⁹ quaternario vel nouenarius senario comparetur: vel omnes tripli ces superiores si duplicibus numeris consequentibus opponātur emiolia idest sesqualtera proportio nascetur. tres enim habent intra se duo 7 eorum mediam partem. idest. i. sex quoq; continent intra se. 4. 7 eorū medietatē idest. 2. 7 nouem intra se senariū claudūt: 7 eius mediam partem: idest. 3. eodemq; modo in ceteris. Dicendum vero si quis secundam speciem supparticularis numeri considerare desideret idest sesqtertiam: quali ratione reperiat: ac diffinitio quidem huius comparationis talis est. Sesquitertius est. qui minori comparatus habet eum semel 7 eius tertiaz partem sed hi inueniuntur si omnibus a quaternario numero continuatim quadruplis constitutis: a ternario numero triplices comparentur eruntq; duces q̃drupli: comites tripli. Sit enim in ordine hoc modo numerus naturalis: vt sub eo quadrupli: 7 sub eo tripli sint. supponatur sub primo quadruplo primus triplus sub secundo secundus: sub tertio tertius: 7 eodē modo cuncti eiusdem primi versus tripli in ordinem dirigatur.

1	2	3	4	5	6	7	8
4	8	12	16	20	24	28	32
3	6	9	12	15	18	21	24

Igitur primum primo si compares sesquitertia ratio continebitur. Nam si. 4. tribus compares: habebunt in 4. totum ternarium 7 eius tertiam partē idest. 1. 7 si secundum secundo idest octenarium senario compares: idem inuenies habebit enim octenari⁹ senarium totum 7 eius tertiā ptē idest. 2. 7 p̃ eandem sequentiam vsq; in infinitum progrediendum ē. Notandum quoq; est: quod. 3. comites sunt. duces. 4. rursus. 6. comites: duces. 8. 7 in eodem ordine ceteri simili modo vocant duces sesquitertij: comites subsesquitertij: 7 in cunctis ꝓm hunc modum posita conuenit seruare vocabula.

De quodam vtili ad cognitionem sup̃ pticularibus accidente. Capitu. xxv.

Hoc aūt admirabile profundissimūq; i istor ordinibus inueniē: quod prim⁹ dux primusq; comes ad se iuicē nulla nūeri itermissiōe copulant. Nā primi se nullo i medio posito transeunt: secundi interponūt. i. tertij. duos quarti. 3. 7 deinceps vna semper minore quā ipsi sūt itermissione sucrescunt. Atq; hoc vel in sesqualteris: vel in sesquintertijs: vel in alijs supparticularis partibus necesse est inueniri. Namq; vt quaternarius ꝑ ternariū cōpareē: nullum itermisimus: post. 3. enim mor. 4. sunt. At vo. 6. contra. 8. in secūdo. s. sesquitertio: vna facta est intermissio. Inter. 6. n. 7. 8. solus est septenarius qui transmissus est numerus. Rursus. vt 9. ꝑ. 12. cōpareemus: qui sunt in dispositiōe tertij: duorum mediorum est facta trāsmissio. Inter. 9. enī 7. 12. sunt. 10. 7. 11. secundum hunc modum quarta dispositio. 3. quinta. 4. intermittit.

Descriptio p̃ quā docetur ceteris sequalitatis specie bus antiquiorem esse multiplicem Capi. xxvi.

Voniam autem naturaliter 7 ꝓm proprias ordinis consequentiā: multiplicē inequalitatis spēm cūctis ꝓposuimus: primāq; spēm esse mōstrauimus: licet hoc nobis posterioris opis ordine clarescat: hic quoq; pstrigē tes id qd̄ ꝓposuim⁹ plāissime breuiterq; doceam⁹. sit tal d̄scriptō i q̃ pōat i ordinē vsq; ad dēariū nūex cō

timui

simul numeri ordo naturalis ⁊ secundo versu duplus ordo teratur: tertio triplus: quarto quadruplus: ⁊ hoc vsqꝫ ad decuplum. Sic enim cognoscemus quēadmodum super particulari ⁊ super partienti: ⁊ cunctis alijs princeps erit species multiplicis: ⁊ quedam alia simul inspiciemus ⁊ ad subtilitatem tenuissima: ⁊ ad scientiam vtilissima: ⁊ ad exercitationem mentis iocundissima.

Tetragolla — Longitudo — Secunda vnitas

Prima vnitas — Latitudo — Latitudo — Tertia vnitas

1	2	3	4	5	6	7	8	9	10
2	4	6	8	10	12	14	16	18	20
3	6	9	12	15	18	21	24	27	30
4	8	12	16	20	24	28	32	36	40
5	10	15	20	25	30	35	40	45	50
6	12	18	24	30	36	42	48	54	60
7	14	21	28	35	42	49	56	63	70
8	16	24	32	40	48	56	64	72	80
9	18	27	36	45	54	63	72	81	90
10	20	30	40	50	60	70	80	90	100

Secunda vnitas. — Longitudo. — Tetragona

¶ Ratio atqꝫ expositio vigeste formule.

Capitulum. xxix.

Si igitur duo prima latera proposite formule que faciunt angulum: ab vno ad. 10. ⁊ 10. procedentia respiciantur ⁊ bis subteriores ordines comparentur qui scilicet. a. 4. angulum incipientes: in vigenos terminum ponunt: duplex idest prima species multiplicitatis ostenditur. ita vt primus primum sola superet vnitate: vt duo vnum secundus secundum binario supernadat: vt quaternarius binarium: tertius tertiuꝫ tribus: vt senarius ternarium: quartus quartum quaternari numerositate transcēdat: vt. 8. quaternarium ⁊ per eandem cuncti sequentiam sese minoris plurali tate ꝑtereāt. Si vo terti' āgulus aspiciat: q ab. 9. ꝗ choās lōgitudinē latitudinēqꝫ tricenis altrl secus nūeris extēdit: ⁊ hic cū pria latitudine ⁊ lōgitudīe cōparetur: triplex specieb' multiplicitatis occurrit: ita vt ista comparatio per. x. litteram fiat. Hicꝫ se numeri superabunt secūdū paritatis factam naturaliter ꝛnerionem. ¶ Primus enim primū duob' superat: vt vnū 3. secūdus secundum quaternario: vt binarium senarius. tertius tertiū sex: vt ternariū nouenarius. ⁊ ad eūdē ceteri modū ꝓgressionis augescūt. Quā rē. nobis. s. ⁊ ipsa naturalis obiecit integritas: nihil nobis extra machinantib': vt in ipso modulo descripticnis apparet. Si quis aūt quarti āguli terminū qui sedecī numeri quātitate notatus ē: ⁊ lōgitudinē latitudinēqꝫ in quadragenos determinat velit superioribus cōparare ꝑ. x. littere formā ꝓportione collata quadru

pli multitudinē pnotabit. Misq; est ordinabilis sup se progressio vt primus primum trib⁹ superet. vt. 4. vnitatem. Secundus secundū senario vincat: vt octo binarium. Tertius tertiū nouenario transeat: vt duo denarius ternarium: ⁊ sequentes summule trium se semp adiecta quātitate transiliant. Et si quis subteriores aspiciat āgulos idē per oēs multiplicitatis species eisq; ad decuplū dispositissima ordinatione perueniet. Si quis vero in hac descriptione superparticularis species requirat tali modo reperiet. Si enim secūdū angulū notet cuius est initium quaternarius: eisq; superiacet binarius: atq; hunc sequentem quis accomodet ordinem: sesqualtera proportio declarabitur. Nam tertius secūdi versus sesqualter est. vt tres ad duo: vel sex ad quartuor: vel. 9. ad. 6. vel. 12. ad. 8. Itemq; in ceteris qui sunt in eadem serie numeri: si talis cōiugatio misceat: nulla varietatis dissimilitudo surripiet. Eadem tamen summa⁹ supergressio ē i hoc quoq; que in duplicibus fuit. Primus enim primum idest ternarius binarium vno superat: secūdus vero secundum duo si terti⁹ tertiū tribus ⁊ deinceps Si vo quartus ordo tertio cōpareť: vt. 4. ad. 3. ⁊ eodem ceteros ordine consecteris: sesquitertia cōparatio colligiť: vt. 4. ad. 3. vť. 8. ad. 6. ⁊. 12. ad. 9. videsne vt in omnibus bis sesquitertia comparatio conserueť Preterea eos qui sub ipsis sunt: si idem faciens seqntes versus alterutris cōparaueris oēs sine vllo ipedimēto species superparticularis agnosces. Hoc aūt in hac ē dispōne diuinū qd oēs angulares numeri tetragoni sunt. Tetragonus autem dicitur vt breuissime dicā quod post latius explicabitur: quem duo equales numeri multiplicant. vt in hac quoq; descriptione est vnus enim semel. vnus est: ⁊ est potestate tetragon⁹ Itē bis duo. 4. sūt Ter. 3. 9. quos in semetipsas multiplicationes primi ordinis perfecere. Circuq; ipsos vero qui sunt idest circum angulares. longilateri numeri sunt. Longilateros autem voco quos vno se supergredientes numeri multiplicant. Circum. 4. enim. 2. sunt. ⁊. 6. sed duo nascūtur ex vno et duob⁹: cuq; vnū bis multiplicaueris. sed vnitas a binario vnitate precedit. Sex a vero duobus ⁊ tribus bis enim tres senarium reddunt. Nouenarium vero sex ⁊. 12. claudūt qui. 12. ex tribus nascuntur ⁊. 4. Ter enim. 4. fiunt. Senarius vero ex duobus ⁊ tribus Bis enim. 3. faciunt. 6. qui omnes vno maioribus lateribus procreati sunt. Mā cū. 6. ex biario ternarioq; nascūtur: tres binarium numerum vno superant cunctiq; alij eiusdem modi sunt: vt primo ⁊ secundo ordine ad alterutrum multiplicatis terminis procreentur. ita vt quod nascitur ex duobus longilateris altrinsecus positis: ⁊ bis medio tetragono tetragonus fit. Et rursus quod ex duobus altrinsecus tetragonis. ⁊ vno medio longilatero bis facto nascitur: ipse quoq; tetragonus fit. ⁊ vt angulorum totius descriptionis ad angulares tetragonos positorum vnius anguli fit prima vnitas: alterius vero qui contra est tertia. Bini vero altrinsecus anguli secundas habeant vnitates. ⁊ duo angularium tetragonorum anguli equum faciunt quod sub ipsis continetur illi quod fit ab vno illorum qui est altrinsecus angulorum. Multa enim sunt alia que ī hac descriptione vtilia possunt admirabiliaq; perpendi q̄ interim propter castigatam introducendi breuitatem ignota esse permittimus. Nunc vero ad sequentia p̄ positum conuertamus.

De tertia inequalitatis specie que dicitur superpartiens: deq; speciebus eius earumq; generationibus. Capitulum. xxviii.

Situr post duas prias habitudines multiplices ⁊ superparticulares: ⁊ eas que sub ipsis sunt submultiplices: ⁊ sub superparticulares tertia inequalitatis species inueītur: que a nobis superius superpartiens dicta est. Hec est autem que fit cū numerus ad alium comparatus: habet eum totum infra se: ⁊ eius insuper aliquas pater: vel duas: vel. 3. vel. 4. vel quot ipsa attulerit comparatio. Que habitudo incipit a duabus partibus tertijs. Nam si duas medietates habuerit: qui illuq; intra se totum coercq; duplus pro superpartiente componitur. Habebit autem vel duas tertias vel duas quintas vel duas septimas vel duas nonas. ⁊ ita progredientibus si duas solas partes minoris numeri superbabuerit: per easdem partes imparibus numeris minoreq; maior summa trāscendit. Maq; si eū habeat totū ⁊ duas eius q̄rtas: superparticularis necessario reperitur. Nam due quarte medietas est: ⁊ fit sesqualtera comparatio. Si vero duas sextas: rursus est superparticularis. Due enim sexte pars tertia est. Quod si in comparatione ponatur sesquitertie habitudinis efficiet formam. Post hos nascuntur comites qui sub superpartiētes vocantur. hi autem sunt qui habentur ab alio numero ⁊ eorūq; vel due: vel. 3. vel. 4. vel quotlibet alie partes. Si ergo numerus alium intra se numerum habens eius duas partes habuerit: superbipartiens nominatur si vero tres supertripartiens quod si. 4. supquadripartiens: atq; ita progredientibus in infinitum fingere nomina licet. Ordo autem eorum naturalis est: quotiens disponuntur a tribus omnes pares atq; impares numeri naturaliter constituī. ⁊ sub his aptātur alij qui sūt a quinario nūero incipientes oēs impares. His igitur ita dispositis: si primus primo: secundus: secundo: tertius tertio: ⁊ ceteri ceteris comparētur: superpartiens habitudo procreatur. Sit. n. dispositio hoc modo.

3	4	5	6	7	8	9	10
5	7	9	11	13	15	17	19

Si igitur quinarij numeri ad ternarius comparatio consideretur: erit superpartiens ille qui vocatur superbipartiens. Habet enī quinarius totos in se tres ⁊ eorum duas partes: idest. 2. Si vero ad secundum ordinem speculatio referatur supertripartiens proportio cognoscetur. atq; in sequentibus per omnes dispositos numeros omnes in infinitum species huius numeri conuenientes ordinataq; respicies. At vero quemodmodum singuli procreentur si in infinitum quis curet agnoscere: hic modus est. Habitudo enim superbipartientis: si vtrisq; terminis duplicetur: semper superbipartientis p̄portio procreatur. Si enim quis duplicet. 5. faciet. 10. si tres faciet. 6. qui. 10 contra senarium comparati superbipartientem faciunt habitudinem: ⁊ hos ipsos rursus si duplicaueris: idem ordo proportionis accrescit. Idemq; si in infinitum facies: statum prioris habitudinis non mutabit. Si vero supertripartientes

tientes inuenire contendis: primos supertripartientes. idest. 7. est. 4. triplicabis ⁊ huiusmodi nascẽtur. Si vo q ex his nati fuerint ternarij multiplicatione produxeris: idem rursus efficient. Quod si superquadripartientes quẽadmodum in infinitum ꝓgrediant optes addiscere: primas eorum radices in quadruplũ multiplices licet: idest. 9. ⁊. 5. ⁊ eos qui illa multiplicatione proferentur: rursum in quadruplum: ⁊ eandẽ fieri ꝓportiones in offensa nimirũ ratione reperies Et cetere species vna semper plus multiplicatione crescentibus radicibus oriũtur. Radices aũt ꝓportionũ voco numeros in superiore dispositione descriptos. q̃ si quibus omnis summa supradicte comparationis inititur. In hoc quoqꝫ videndũ est: qm̃ cum due partes minore plus in maioribus sunt: tertij semper vocabulũ subaudit. Vt superbipartiens q dicit qm̃ duas minoris numeri tertias partes habet: dicatur superbipartiens tertias. Et cum dico supertripartiens: subaudiri necesse sit supertripartiens quartas: quoniam tribus super quartis exuberat. Et superquadripartienti subauditur superquadripartiens quintas. ⁊ ad eundem modum in ceteris vno semper adiecto superbabitas partes subauditio facienda est. vt eorum germana conuenientiaqꝫ his nomina hec sint. vt qui dicitur superbipartiens: idem dicatur superbitertius. Qui dicitur supertripartiens is sit supertriquartus. ⁊ qui dicitur superquadripartiens: idem dicatur superquadriquintus eademqꝫ similitudine vsqꝫ in infinitũ nomina producantur.

De multiplici superparticulari. Cap. 29.

Fitur relate ad aliquid quãtitatis. simplices ⁊ prime species he sũt. Due vero alie ex his velut ex aliquibus principijs componuntur vt multiplices superparticulares. ⁊ multiplices superpartiens. horumqꝫ comites submultiplices superparticulares: ⁊ submultiplices superpartientes. Namqꝫ in his vt in predictis proportionibus: minores numeri ⁊ eorum quoqꝫ species omnes addita sunt prepositione dicuntur. Quorũ diffinitio talis reddi potest: Multiplex superparticularis est: quotiens numer⁹ ad numerum comparatus: habꝫ eum plusq̃ semel ⁊ eius vnaꝫ partem. hoc ẽ habet cũ aut duplum aut triplũ: aut quadruplum: aut quotiẽslibet: ⁊ eius quãlibet aliquam partem: vel mediã: vel tertiã: vel quartam vel quecunqꝫ alia partium exuberatione contigerit. Hic ergo ⁊ multiplici ⁊ superpticulari ꝓsistit. Qd. n. cõparatum numerum plusq̃ semel habet multiplicis est. Hoc vero quod minorem ꝑ habenda parte transcendit: supparticularis. Itaqꝫ ex vtroqꝫ nomĩe facto vocabulo est. speciesqꝫ illius ad illarum scilicet fiunt imaginem proportionum: ex qb⁹ ipse numerus originem trahit. Nã pria ꝑs huius vocabuli que multiplicis noĩe possessa ẽ: multiplicis numeri spẽꝫ vocabulo noĩanda est. Que vo superpticularis est: eodẽ vocabulo nũcupabitur quo superparticularis numeri spẽs vocabant. Dicet enim q duplicẽ habuerit aliũ numerũ: ⁊ ei⁹ mediaꝫ ptẽ: duplex sesqlter: qui vero tertiam: duplex sesquitertius: qui quartam: duplex sesqq̃rt⁹. ⁊ deinceps. Si vero ter eũ totũ contineat ⁊ eius mediam ptẽ: vel tertiam: vel quartã dicit triplex sesqualter: triplex sesquitertius. triplex sesquiquartus ⁊ eodem modo in ceteris. Diceturqꝫ q̃ duplus sesqualter: quadruplus sesquitertius: quadruplus sesquiquartus: ⁊ quotiens totum numeruꝫ in semetipso continuerit: per multiplicis numeri species appellat: quã vero partẽ cõparati numeri clauserit secũdũ superparticularẽ cõparationem habitudinẽqꝫ vocabit. Hoꝝ autẽ exẽpla hmõi sunt. Duplex sesqualter est: vt qnqꝫ ad duo. bñt enĩ. 5. binarium nũerũ bis ⁊ ei⁹ mediã idest. 1. Duplex vero sesquitertius ẽ septenarius ad ternarium cõparatus. At vero nouenari⁹ ad quaternarium duplex sesquiquartus. Si vero. 11. ad. 5. duplex sesquiquintus. Et hi semper nascentur dispositis in ordinem a binario nũero oĩbus naturaliter paribus imparibusqꝫ terminis: si contra eos omnes aquinario nũero impares comparentur. vt primum primo: secundũ secundo: tertiũ tertio caute ⁊ diligenter apponas. vt sit dispositio talis.

2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	
5	7	9	11		13	15	17	19	21	23

I vero a duobus parib⁹ omnibus dispositis terminis: illi qui a quinario numero inchoantes: quinario numero rursus sese transiliunt comparentur: omnes duplices sesqualteros creant vt est subiecta descriptio.

2	4	6	8	10	12
5	10	15	20	25	30

I vero a tribus inchoent dispositiones: ⁊ tribus sese transiliant: ⁊ ad eos aptentur qui a septenario inchoantes: septenario sese numero trãsgrediũtur: omnes duplices sesquitertij habita diligẽter cõpatiõe nascũt. vt subiecta descriptio mõet.

3	6	9	12	15	18	21
7	14	21	28	35	42	49

I vero omnes in ordinem quadrupli disponãtur: hi qui naturalis numeri quadrupli sunt: vt vnitatis quadruplus: ⁊ duorum triumqꝫ ⁊ quattuor: atqꝫ quinarij: ⁊ ceterorum sese sequentium vt ad eos aptentur a nouenario numero inchoantes semper sese nouenario precedentes: tunc duplicis sesquiquarte proportionis forma texetur.

4	8	12	16	20	24
9	18	27	36	45	54

A vero species hui⁹ numeri que est triplex sesqualtera hoc modo procreatur: si disponantur a binario numero omnes in ordinẽ pares: ⁊ ad eos septenario numero inchoãtes: septenario sese supergredientes: solito ad alterutrum modo comparationis aptentur.

2	4	6	8
7	14	21	28

I aũt a ternario nũero igressi cunctos naturalis nũeri triplices disponamus: ⁊ eis a denario numero denario sese supgrediẽtes ordine cõparem⁹: oẽs triplices sesquertij ꝑ ea terminoꝝ ꝓtinuatione puenient.

3	6	9	12
10	20	30	40

De eorum exẽplis in superiore formula inueniẽdis. Capitulum 30

Orum autem eorumqꝫ qui sequuntur exempla integre planeqꝫ possumus pernotare: si in priorem descriptionem quam fecimus cum de superparticulari ⁊ multiplici loqueremur: vbi ab vno vsqꝫ in denarium multiplicationum summa concreuit: diligens velim⁹ acumen intendere. Ad primum enim versum omnes qui sequuntur collati ordinatas conuenientesqꝫ mul-

tiplicis species reddent. Si vero ad secundum cũctos qui tertij sunt ordinis aptaueris ordinatas species super particularis agnosces. Quod si tertio ordini quicunqꝫ sunt in quinto versu compares: super partientis numeri species positas conuenienter aspicies. multiplex vero superparticularis ostenditur: cum ad secundum versum omnes qui sunt quinti versus serie comparantur vel qui sunt in septimo vel qui sunt in nono atqꝫ ita si in infinitum fit ista descriptio in infinitum huius proportionis species procreabuntur. manifestum autem etiam hoc est quod horum comites semper cum sub prepositione dicentur. vt est subduplex sesqualter: subduplex sesquitertius. subduplex sesquiquartus ⁊ ceteri quidem adhunc modum.

¶ De multiplici superpartiente. Cap. xi.

MUltiplex vero superpartiẽs ē: quotiẽs nũerus ad numerũ cõpatus hꝫ in se aliuꝫ numeruꝫ totũ plusquã semel: ⁊ eius vel duas vel. ꝫ. vel quotlibꝫ plures particulas: secundum numeri suppartientis figurã. In hoc quoqꝫ propter causam superius dictam non erũt due medietates: neqꝫ due quarte: neqꝫ due sexte: sed due tertie: vel due quinte: vel due septime ad priorem similem consequentiã. Non est aũt difficile ꝑm prior exẽpla positoruꝫ: hos quoqꝫ ⁊ preter nostra exempla numeros inuenire. Vocabunturqꝫ hi ꝑm proprias ꝓtes. duplex superbipartiens: vel duplex supertripartiens: vel duplex superquadripartiens. Et rursus triplex superbipartiens: ⁊ triplex supertripartiens: ⁊ triplex superquadripartiens: ⁊ similiter. Vt. 8. ad. ꝫ. cõparati faciunt duplicem superbipartientem. ⁊. 16. ad 6. ⁊ omnes quicunqꝫ ab. 8. incipientes: octonario sese numero transgrediuntur: comparati ad eos qui a tribus inchoantes ternarij sese quantitate pretereunt. Nec erit difficile alias eius ꝓtes ꝑm predictũ moduꝫ diligentibus reperire. Hic quoqꝫ illud meminisse debemus quod minores ⁊ comites non sine sub prepositione nominantur: vt sit subduplex superbipartiens: subdup ex supertripartiens.

¶ Demonstratio quemadmodum omnis inequalitas ab equalitate processerit. Capitulum. ꝫ.

EStat aũt nobis profundissimam quãdam tradere disciplinam: que ad oẽꝫ nature vi rerumqꝫ integritateꝫ maxima ratione pertineat. Magnus quippe in hac scientia fructus: est si quis non nesciat qd bonitas diffinita est ⁊ sub scientiam cadens: animoqꝫ semp imitabilis ⁊ ꝓceptibilis prima natura est: ⁊ sue substantie decore perpetua. Infinitum vo masicie dedecus est: nullis proprijs principijs nixum. sed natura semp errans a boni diffinitiõe principij tanqꝫ aliquo signo optime figure ꝑpressa compõitur: ⁊ ex illo erroris fluctu retinetur. Nam nimiam cupiditatem: ireqꝫ immodicam effrenationem: quasi quidam rector animꝰ pura intelligentia roboratus astringit. ⁊ has quodammodo inequalitas formas temperata bonitate constituit. Hoc aũt erit ꝑspicuum: si intelligamus omnes inequalitatis species ab equalitatibꝰ creuisse primordijs: vt ipsa quodammodo equitas matris ⁊ radicis obtinens vim ipsa omnes inequalitatis species ordinesqꝫ profundat. Sint enim nobis tres equales termini. i. tres vnitates: vel. ꝫ. bini: vel tres terni: vel tres quaterni: vel quantos vltra libet ponere. Quod enim in vnis tribus terminis euenit: idem contingit in ceteris. Ex his igitur ꝑm precepti nostri ordinem videas primum nasci multiplices: ⁊ in his duplices prius: deinde triplos: deinde quadruplos: ⁊ ad eundem ordinem consequentes. Rursus multiplices si conuertantur: ex his superparticulares orientur: ⁊ ex duplicibꝰ quidem sesqualteri: ex triplicibus sesquitertij: ex quadruplis sesquiquarti: ⁊ ceteri in hunc modum. Ex superparticularibus vero conuersis superpartientes nasci necesse est. ita vt ex sesqualtero nascatur supbipartiens supertripartientem sesquiterti gignat: ⁊ ex sesquiquarto superdripartiens. Rectis autem positis neqꝫ conuersis prioribus superparticularibus multiplices superparticulares oriuntur. Rectis vo superpartientibus multiplices superpartientes efficienter. Precepta autem tria hec sunt: vt primum numerum prio prio facias parẽ: ꝑm vo prio ⁊ secundo: tertium prio duobus secundis ⁊ tertio. Hoc igitur cum in terminis equalibus feceris. ex his qui nascentur duplices erunt. De quibus duplicibus si idem feceris: triplices procreantur. ⁊ de his quadruplices. atqꝫ in infinituꝫ omnes formas nũeri multiplices explicabit: iaceant igitur. ꝫ. termini equales.

1	1	1

POnatur itaqꝫ primo primus equalis idest vnus. Secundus vero primo ⁊ secundo. i. 2. tertius vero primo duobus secundis ⁊ tertio par sit. idest vni ⁊ duobꝰ vnis ⁊ vni qui sunt. 4. vt est descriptio.

1	1	1
1	2	4

IDesne vt duplici proportione sequens ordo texatur. Fac rursus idem de duplicibus vt sit primus primo equalis: idest vni. secundus primo ⁊ secundo: idest vni ⁊ duobus qꝫ sunt. ꝫ. tertius primo idest vni duobus secũdis idest. 4. ⁊ tertio idest quattuor. qui simul. 9. fiunt ⁊ venit hec forma.

1	1	1
1	2	4
1	ꝫ	9

URsus si de triplicibus idem feceris: continuus quadruplus procreabitur. Sit enim primus. primo equus idest vnus. sit secundus primo ⁊ secũdo equalis idest. 4. sit tertius prio duobꝰ secũdis ⁊ tertio eq̃lis. i. 16

1	1	1
1	2	4
1	ꝫ	9
1	4	16

ET in ceteris quidem ad hanc formam tribus his preceptis vtemur. Si vo qui ex eq̃libus nati sunt multiplices eos disponamus ⁊ secm hec precepta vertamus: ita vt cõuerso sint ordine: sesqualter ex duplici procreabitur. sesquitertius ex triplici. sesquiq̃rtus ex quadruplo. Sint enim. ꝫ. duplices termini qui ex equalibus creati sunt ⁊ q vltimꝰ ē primꝰ ponatur huiusmõi

4	2	1

¶ Et cõstituat primo i hoc ordine primꝰ par. i. 4. secũdus vero primo ⁊ secundo par idest. 6. tertius vo primo duobus secundis ⁊ tertio idest. 9.

4	2	1
4	6	9

¶ Ecce tibi illa sesqualtera quantitas ex termino duplicitatis

citatis exoriť: Videam⁹ nūc ad eūdē modū ex triplici q nascatur. disponātur. n. triplices supiores: conuerso scilz ordine sicut duplex hic est quoqz ordo dispositus

9	3	1

Ponatur ergo primus primo equus idest. 9. secundus primo ⁊ secundo idest .12. tertius prio duob⁹ secūdis ⁊ tertio equus idest. 16.

9	3	1
9	12	16

Rursus secunda species supparticularis nūeri idest sesquitertius procreatus est. Quod si idez de quadruplo quis facere velit: sesquiquartus continuo nascet vt monstrabit subiecta descriptio.

16	4	1
16	20	25

Ac si quis idem de cunctis in infinitū ptibus multiplicatis faciat: conueniēter ordinē supparticularitatis inueniet. Quod si conuersos superparticulares aliquis ſm hec precepta conuertat: cōtinuo videat superpartientes accrescere. ⁊ ex sesqualtero quidē superbipartiens: ex sesquitertio supertripartiēs procreatur. ⁊ ceteri secundum communes denominationis species sine vlla ordinis ſterpollatiōe nascēť. Disponāť igiť sic

9	6	4

Superioris igiť descriptionis primo primus equus nūerus ascribať idest. 9. secūdus vo prio ⁊ secundo: idest. 15. tertiⁿ vo prio: duob⁹ secundis ⁊ ter[illegible] .i. 25

9	6	4
9	15	25

Si ergo sesquitertium eodem modo verterimus. ordo supertripartiens inuenitur. fit enim prima propositio sesquitertij.

16	12	9

Ponatur secundum priorem modū primo par primⁿ idest. 16. secundus primo ⁊ secundo idest. 28. tertiⁿ primo duobus secundis ⁊ tertio idest. 49. Omnis ergo summa disposita supertripartientes efficiet.

16	12	9
16	28	49

Rursus si sesquiquartum eodem modo verteris sup quadripartiens statim quantitas procreabitur. vt est ea forma quam suppositam vides.

25	20	16
25	45	81

Restat quemadmodum ex superparticularibus ⁊ superpartientibus multiplices suppartientes nascātur ostendere. Quorum binas tm faciā descriptiones. nāqz si rectū ⁊ non conuersum sesqualterum ponimus: duplex superparticularis excrescit. fit. n. hoc modo.

4	9	9

Ponatur scōm superiorem modum prio primus eqlis idest. 4. secūdus primo ⁊ secūdo idest. 10. tertius primo duobus secundis ⁊ tertio equalis idest. 25.

4	6	9
4	10	25

Qz hec quidē duplex sesqualtera summa pducta est. Si vo sesquitertiū non ꝓuersū ponamⁿ dupl⁹ sesqterti⁹ inueniť. vt sba ōscriptio docet.

a

9	12	16
9	21	49

T vo si ad suppartientes animum cōuertamⁿ eosqz ordinatim scōm supiora precepta dispo-

a

namus: multiplices suppartientes ordinatiz pgēitos repimus. Disponať enim suppartiētis hec formula.

9	15	25

Crivantur ergo primus primo equus idest. 9.

s Secūdus primo ⁊ secūdo: idest. 24. tertiⁿ primo duobus secūdis ⁊ tertio idest. 64

9	15	25
9	24	64

Ides ne vt ex supbipartiente duplⁿ supbipar-

v tiens exortus fit. At vero si supertripartientez ponam: duplex sine dubio tripartiens inueniť vt in subiecta descriptione perspicuum est.

16	28	49
16	44	121

Sic ergo de superparticularibus vel de superpartientibus multiplices superparticulares vel multiplices superpartientes oriūtur. Quare constat omnium inequalitatuz equalitatē esse principium. ex eadē enim ſ equalia cuncta nascuntur. Ac de hiſ quidē hacten⁹ disserendum esse credidimus ne vel infinita sectemur vel circa res obscurissimas ingredientiuz animos detinentes: ab vtilioribus morarem ur.

Finit liber primus.

Incipiunt capitula libri secundi.

Finiunt capitula.

Incipit liber secundus

Quẽadmodum ad equalitatem omnis inequalitas reducatur. Capitulũ primum

Superioris libri disputatiõe digestũ ẽ. quẽadmodum tota inequalitatis substantia a principe sui generis equalitate ꝓcesserit. sed que rerꝫ elemẽta sunt: ex eisdẽ pricipaliter oĩa cõponuntur: ⁊ in eadẽ rursus resolutione facta resoluũtur. Ut qm̃ articularis vocis elementa sunt lr̃e: ab eis ẽ syllabarꝫ ꝓgressa coniunctio: ⁊ in easdẽ rursus terminatur extrẽas. eadẽq; vĩ optinet sonus in musicis. Jã vo mũdũ. 4. corpa nõ ignoramus efficere. Mãq; vt ait ex ĩbri terraq; aĩa gignũtur ⁊ igni. sed in hec rursus eius. 4. elementa fit postrema resolutio. Jta igiť qm̃ ex equalitatis margĩe cũctas inequalitatis spẽs ꝓficisci videmus: oĩs a nobis inequalitas ad equalitatem rursus velut ad qõdã elementum proprij generis resoluatur. Hoc autẽ trina rursus impatione colligiť. eaq; resoluendi ars datis quibuslibet tribus terminis inequalibꝰ quidẽ: ꝗ ꝓportionaliter cõstitutis: idest vt eandem medius ad primũ vim ꝓportionis optineat: quã q est extremus ad medius in qualibet inequalitatis rõne: vel in multiplicibus: vel ĩ superparticularibus: vel in suppartiẽtibus: vel in his que ex his procreantur: hoc est multiplicibus superparticularibus: vel multiplicibus superpartientibus eadem atq; vna ratione indubitata constabit. Propositis enim tribus vt dictum est terminis equis proportionibꝰ ordinatis: vltimum semp medio detrabamꝰ: ⁊ ipsum quidem vltimum primũ terminũ collocemus: quod de medio relinquitur secundum. De tertia vero ꝓpositorum terminorum sũma auferamus vnũ primum ⁊ duos secundos eos qui de medietate relicti sunt. ⁊ id quod ex tertia summa relĩquitur: tertiũ terminũ constituemus. Videbis igitur hoc facto in minorem modũ sũmas reuerti: ⁊ ad principalior[illegible]n habitudinem comparationes ꝓportionesq; reduci. vt si sit quadrupla proportio: primo ad triplam: inde ad duplam: inde ad equalitatẽ vsq; remeare. Et si sit superparticularis sesquiquartus: primo ad sesquitertium: inde ad sesqualterꝫ: postremo ad tres equales terminos redire. Hoc autem nos exẽpli gratia in multiplici tm̃ proportione docebimus. Sollertem vo in alijs quoq; inequalitatis speciebus id experientem: eadem ratio preceptorum iuuabit. Cõstituãtur enim tres ad se termini quadrupli.

| 8 | 32 | 128 |

Ufer igitur ex medio minorẽ: idest ex trigintaduobus octonarium: relinquũtur. 24. ⁊ primum octonarium terminũ pones: ꝗm vo quod reliquũ fuerit ex medio: idest. 24. vt sint hi duo termini. 8. ⁊. 24. de tertio vero: idest. 128. aufer vnũ primũ: idest. 8. ⁊ duos secũdos qui sũt reliqui: idest bis. 24. ⁊ relĩquũtur. 72. His dispositis terminis: ex quadruplis propinqor eqtati proportio tripla redacta ẽ. Sũt. n. hi termini.

| 8 | 24 | 72 |

Ex his aũt ipsis idẽ si feceris: ad duplũ rursus cõparatio remeabit. Pone enĩ primũ minori equũ idest. 8. ⁊ ex secũdo aufer primũ. 16. relinquenť. Sed ex tertio idest ex. 72. aufer primũ: idest. 8. ⁊ duos secundos idest bis. 16. ⁊ erit reliqua pars. 32. Quibꝰ positis ad duplas proportiones habitudo redigitur.

| 8 | 6 | 32 |

Idem vero ex his si fiat: rem oẽm ad equalitatis summas eliquabimus. Pone enĩz primum minori equum: idest. 8. ⁊ aufer ex. 16. octonarium: remanent. 8. quibus dispositis: ex tertio idest. 32. sumptis primo: idest. 8. ⁊ duobus secundis idest octonarijs: supersũt. 8. quibus dispositis prima nobis equalitas cadit. vt subiecte summule docent.

Hinc igitur si quis ad alias inequalitatꝫ species animum tendat eãdem conuenientiam intitubanter inuẽiet. Quare pronũciãdũ est nec vlla trepidatione dubitãduꝫ qd̃ quẽadmodum per se cõstãtis quantitatis vnitas principium ⁊ elementũ est. ita ⁊ ad aliquid relate quãtatis equalitas mater est. Demonstrauim⁹ enim qd̃ hic ⁊ ei⁹ ꝓcreatio pria foret: ⁊ ĩ ea rursus postrẽa ẽ.

¶ De inueniendo in vnoquoqꝫ numero quot mueros eiusdem proportionis possit procedere: eorũqꝫ descriptio: descriptionisqꝫ expositio. Capitulum .ii.

AL de solidis quidem figuris hec ad presēs dicta sufficiant. Qui autem de natura rerū propinquis inuestigantes rationibus: quique in matheseos disputatione versati: quid in quaq; re esset ꝓpium subtilissime peritissimeq; ediderunt: hi rerum omnium naturas in gemina diuidentes hac speculatione distribuunt. Dicūt enim omnes omnium rerum substantias constare ex ea que proprie sueq; semper habitudinis est nec vllo permutatur. ⁊ ea scz natura que variabilis motus est sortita substantiam. Et illam prima immutabilem naturam vnius eiusdemq; substantie vocant. Hanc vo alterius scz quod a prima illa immobili discedens prima sit altera. Quod nimirum ad vnitatem pertinet: ⁊ ad dualitatem. qui numerus primus ab vno discedens alter factus est. Et quoniam cuncti secundū vnitatis speciem naturamq; impares nūeri formati sūt: quiq; ex his coaceruatis tetragoni fiunt duplici mō eiusdem substantie participes esse dicuntur: quod vt ab equalitate formantur tetragoni: vel coaceruatis ī vnum numeris imparibus procreantur. Illi vero qui sunt pares: quoniam binarij numeri forme sunt: quiq; ex his coaceruati collectiq; in vnam congeriē parte altera longiores numeri nascuntur: hi secundū ipsius binarii numeri naturam ab eiusdem substantie natura discessisse dicuntur. putaturq; alterius nature esse participes: iccirco quoniam cum latera tetragonorum ab equalitate progressa in equalitatem proprie latitudinis ambitum tendant: hi adiecto vno ab eq̄litate laterum discesserunt: atq; ideo dissimilibus lateribus ⁊ quodammodo alteris a se coniungūtur. Quare nobis notum est quod ex his ea que sunt ī hoc mūdo coniuncta sunt. Aut eniz proprie immutabilis eiusdemq; substantie est quod deus vel anima vel mens est: vel quodcunq; proprie nature incorporalitate beatur aut mutabilis variabilisq; nature: quod corporibus indubitāter videmus accidere. Unde nūc nobis monstrandum est: hac gemina numerorum natura q̄dratorum scilicet ⁊ parte altera longiorum: cunctas numeri species cunctasq; habitudines vel relate ad aliquid quantitatis: vt multiplicium vel superparticularium ⁊ ceterorum. vel ad seipsam cōsiderate. vt formarum quas dudum in superiore disputatione descripsimus informari. vt quemadmodum mundus ex immutabili mutabiliq; substantia: sic omnis numer⁹ ex tetragonis qui immutabilitate perficiuntur. ⁊ ex parte altera longioribus qui mutabilitate participant ꝓbetur esse coniunctus. Et primo quidem distribuēdū est qui hi⁹ quos promecas vocant: idest anteriore parte longiores. vel qui quos heteromikeis idest parte altera longiores. Est enim parte altera longior numerus: quicunq; vnitate tantuz lateri crescit adiecta. vt sunt. 6. scz bis. 3. vel. 32. tres q̄ter. ⁊ ꝓsimiles. Anteriore vero parte longior est. qui sub duobus numeris huiusmodi continetur: quorū latera nō possidet vnitatis differentia. sed aliorum quorūcūq; numerorum vt ter. 5. vel ter sex: vel quater. 7. Quodāmodo eniz longitudine in prolixiorem modum porrecta merito anteriore parte longior dicitur. Cur autem parte altera longiores numeri dicantur. supra iam dictum ē. Quadrati vero quoniam equam latitudinez longitudini gerunt: proprie longitudinis vel eiusdem latitudinis aptissime vocabūtur. vt bis. 2. ter. 3. quater. 4. ⁊ ceteri. ¶ Parte altera vero longiores: quod non eadem longitudine tendantur: alterius quodāmodo lōgitudinis: ⁊ parte altera longiores vocantur.

¶ Quod omnia ex eiusdem natura ⁊ alteri⁹ natura cōsistūt: idq; in numeris primum videri. cap. 32.

OMne aūt qcquid in propria natura substātia que est immobile: terminatum definitumq; est quippe quod nulla variatiōe muteť: nunq̄z esse desinat: nunq̄z possit eē qd non fuit. At hec vnitas sola est: ⁊ que vnitate formantur: comprehēsibilis ⁊ determiate ⁊ eiusdem substantie esse dicuntur. Ea vero sunt que vel ab equalibus crescunt velut quadrati vel quos ipsa vnitas format: idest impares. At vero binarius ⁊ cūcti ꝓte altera longiores: qui a finita substantia discesserunt: variabilis infiniteq; substantie nominantur. Constat ergo numerus omnis ex his que longe disiūcta sunt atq; contraria: ex imparibus scz ⁊ paribus. Hic enim stabilitas: illic instabilis variatio. hic īmobilis substantie robur: illic mobilis permutatio. hic definita solidita⁹ hic infinita congeries multitudinis. Que scz cum sint contraria: in vnam tamen quodāmodo amicitiam cognationemq; miscentur. ⁊ illius vnitatis informatione atq; regimēto vnū nūeri corpus efficiūt. Non ergo inutiliter neq; improuide qui de hoc mundo deq; hac cōmuni rerum natura ratiocinabantur: hāc primā totius mūdi substātie diuisionem fecerunt. Et plato quidem in timeo eiusdē naturę ⁊ alterius nominat quicquid in mūdo est atq; aliō in sua natura permanere putat indiuiduum inconiunctumq̄z ⁊ rerum omnium primum. alterum diuisibile ⁊ nunq̄z in proprij statu ordinis permanens. ¶ Pythagoras vero necesse est inquit omnia que sunt vel infinita vel finita eē. Demonstrare scz volens oīa quecūq; sūt ex his duobus consistere. aut ex infinita scz eē aut ex finita: ad numeri sine dubio similitudinem. hic enim ex vno ⁊ duobus ⁊ impari atq; pari cōiūgiť. q̄ manifesta sunt equalitatis atq; īequalitatis: eiusdē atq; alteri⁹: definite atq; indefinite esse substantie. qd videlicz non sine causa dictū est: omnia que ex ꝓtrariis consisterent: armonia quadaz cōiungi atq; componi. Est enim armonia plurimorum adunatio: ⁊ dissentiētium consensio.

¶ Ex eiusdem atq; alteri⁹ numeri natura qui sūt quadratus ⁊ parte altera longior oēs ꝓportionū habitudines constare. Capitulum. xxxiii.

DIsponanť ergo ī ordinē nō iā pares atq; ī pares ex qb⁹ q̄drati vel parte altera lōgiores fiūt: ꝗ bi ipsi q illis coaceruatis in vnūq; redactis ⁊ q̄drati ⁊ parte altera lōgiores ꝓdeūt. Ita. n. videbimus istoꝝ quēdā consēsū ⁊ ad ceteras nūeri ꝓtes ꝓcreādas amicitiam: vt nō sine cā hoc ī oīb⁹ reb⁹ ab numeri spē natura rerū sūpsisse videať. Sint igiť duo versus tetragonorum ab vnitate oīuz: ⁊ a biario nūero ꝓte altera lōgiorū.

1	4	9	16	25	36	49
2	6	12	20	30	42	56

HOruz igitur si primū compares prio duplicitas inuenitur: q̄ est pria: multiplicitatis species. Si vo secundū secdo. hemiolie quātitatis habitudo ꝓducť. Si tertiū tertio sesqtertia ꝓportio ꝓcreať. Si q̄rtū q̄rto: sesquiq̄rta: ⁊ si quītū qnto sesquiqnta. et hic suppar ticularium normam in quāuis longissimū spaciū progrediens: integram inoffensamq; repies. Ita vt in ꝑma dupli proportiōe vnitatis soli⁹ sit differētia. duo nāq; ab vno sola semp discrepāt vnitate. In sesqlte

ra vero duorum est differentia. in sesquitertia trium l sesquiquarta. 4. ⁊ deiceps secūdum superparticula res formas nūerorꝫ: quod ad differētia attinet. vno tantū crescit adiecto nūerum explicans naturalem.



In vero secundum tetragonum pro parte altera lōgiori cōpares: ⁊ tertiū secūdo: ⁊ quartū tertio: ⁊ quintum q̄rto easdē rursus ꝓportiones effici pnotabis quas in supiore forma descripsimus. Sed hic differentie ab vnitate non ſchoāt: ſz a binario nūero in ifinitum per eosdē calculos ꝓgrediūtur. Eritqꝫ secundus primi duplus. tertius scōi sesqualter. quartus tertij sesquiterti⁹. Eſm candē conueniētiam que superius demonſtrata est.

Vrsus quadrati inuicem imparibus differūt parte altera longiores parib⁹.

r

Differentie impares.

3	5	7	9	11	13	
1	4	9	16	25	36	49

Quadrati.

Differentie pares.

4	6	8	10	12	14	
2	6	12	20	30	42	56

Parte altera longiores.

Vo si iter primum ⁊ secundū tetragonū primū parte altera longiorem ponimus: ad vtrosqꝫ eos vna proportione coniungit. In vtrisqꝫ enī ꝓportiōibus dupli multiplicitas iuēitur. Sin vo iter secundum tertiūqꝫ tetragonū secūdū parte altera longiorem ponas sesq̄ltere cōpationis ad vtrosqꝫ forma cōponit. Et si iter tertium ⁊ quartum tetragonum tertia parte altera longiorē cōstituas: sesquitertia spēs nascet ⁊ idē si in cūctis feceris: cunctas supparticulares spēs inuenire miraberis.



Et ad eundem modum in ceteris conuenit intueri. Rursus si ponantur duo tetragoni ex superius descriptis: idest primus ⁊ secundus: ⁊ in vnum colligantur: ⁊ medius eorū parte altera longior bis multiplicetur: tetragonus fit. Illāqꝫ vnus ⁊. 4. si iungantur. 5. faciunt eorum binarius parte altera longior si bis ducatur: q̄ tuor faciunt. qui iuncti. 9. sine vlla dubitatione conficient qui est numerus quadratus. Et ad eundem modum in alijs hoc modo dispositis numeris quos supra descripsimus idem constat intelligi. Si vero conuertas ⁊ inter duos primum ⁊ secundū parte altera longiores secundum tetragonum ponas: qui in ordine quidem secundus est: sed actu ⁊ ope prim⁹. ex duobus parte altera longioribus congregatis. ⁊ bis multiplicato medio tetragono: rursus tetragonus conficitur. Illamqꝫ inter. 6. ⁊ binarium numerū qui sunt primus ⁊ secundus partes altera longiores si ponatur q̄ ternarius ordine secundus: primus actu tetragon⁹: ⁊ coniungantur duo ⁊ sex faciunt. 8. Tum si bis ducantur medij quatuor faciunt rursus octonarium qui cū superioribus iuncti sedecim tetragonum pandunt.



Illud quoqꝫ non oportet minore admiratione suscipere: quod secundum proprias naturas: vbi altrinsecus duo tetragoni stant: ⁊ vnus parte altera longior in medio ponitur tetragonus qui nascitur ille semper ab impari procreatur. Illam ex superioribus vno. 4. ⁊ bis multiplicato binario: factus est nouenarius tetragonus. qui scz a tribus procreat. Ter enī tres. 9. faciūt qui ternarius impar est numerus. Et sequēs q ex q̄tuor ⁊. 9. ⁊ bis multiplicato senario coniūct⁹ est. 25. tetragonus: ⁊ ipse ex impari qnario nascit continenti post ternarium. Quinquies enim qnqꝫ. 25. procedūt ⁊ qnarius post ternarium impar est numerus. Et in sequēti quoqꝫ eadē rō est. Illā qui ex. 9. ⁊. 16. ⁊ bis ducto. 12. quadratus. 49. producitur: ille a septenario impari fit post quinarium continenti. Septies enīz. 7. 49. creant. At vero vbi duo altrinsecus parte altera longiores vnum medium tetragonum claudunt oēs ex bis q fiunt tetragoni a paribus producuntur. Illā qui ex duobus. ⁊. 6. parte altera longioribus ⁊ quaternario bis multiplicato. 16. tetragonus factus est: ille a quaternario numero idest pari producitur. Quater enim. 4. 16. sunt. Et in sequenti quoqꝫ ordine vbi ex senario ⁊ duodecim ⁊ bis in suā summaꝫ ducto nouenario. 36. fiunt. ex continenti pari senario copulantur. Sex enim sexies. 36. restituunt. Illec minus in eādem rōnē cadet. ex. 12. ⁊. 20. ⁊ bis. 16. fact⁹. 64. tetragon⁹ Hic enī ex octonario cōtinenti post senariū nascitur. Octies enī octo. 64. tetragonū iungūt. Et in alijs quoqꝫ secundum eundem modum si idez facias rationis ordo non discrepat.

Quod

¶Quod ex quadratis ⁊ parte altera longioribus oīs formarum ratio consistat. Capīm.xxxiiii.

Illud vō qd̄ ex his duob⁹ tota oīum formarum videt orta prolatio: non minore ꝓsideratione notandū est. Mãqz trianguli q̃ cunctas alias formas sicut supi⁹ docuim⁹ colleti producunt: his iūctz velut ex qbusdã elementis oriunt. Mãqz ex vno prio tetragono ⁊ biario primo parte altera lõgiore ternari⁹ triãgulus copulatur. Et ex binario vel q̃ternario. i. ex scdo tetragono senarius triãgul⁹ ꝓcreat. Et q̃ternario quoqz ⁊ senario: denarius triangulus nascit. Et ad eundẽ ordinem cuncta triangulorꝫ ratio constabit. Disponant enim alternatim inter se tetragoni ⁊ parte altera lõgiores qui vt melius pernotarent: pri⁹ in duobus eos versibus disposuimus post autem eosdem permiscuimus: ⁊ qui exinde trianguli nascerentur ascripsimus.

Tetragoni.

| 1 | 4 | 9 | 16 | 25 | 36 | 46 | 49 | 81 |

parte altera longiores.

| 1 | 6 | 12 | 20 | 30 | 42 | 56 | 72 | 90 |

tetragoni ⁊ altera parte longiores alternati.

| 1 | 2 | 4 | 6 | 9 | 12 | 16 | 20 | 25 | 30 | 36 | 42 |

| 3 | 6 | 10 | 15 | 21 | 28 | 36 | 45 | 55 | 66 | 78 |

Trianguli.

¶Quemadmodum quadrati et parte altera lõgiorib⁹ vel parte altera longiores ex quadratis fiant. Capitulum. xxxv.

Omnis vō tetragonus si ei propriũ lat⁹ addatur: vel eodẽ rursus demat: pte altera lõgior fit. Mãqz. 4. tetragono si qs duo iũgat: vel duo detrahat. 6. addẽdo pficiet ⁊ duo detrahendo. at vterqz figurã continet pte altera longiorem que. s. magna est alteritatis vis. omnis enī infinita ⁊ indeterminata potẽtia: ab eq̃litatz natura: ⁊ a suis se finibus cõtinẽti suba discedens: aut in maiꝰ exuberat. aut in minore decrescit.

¶Quod principaliter eiusdez qdẽ sit substãtie vnitas scdo vō loco impares numeri: tertio q̃drati. ⁊ qd̄ principaliter dualitas alterius sit substantie: secũdo vō loco pares nũeri: tertio pte altera lõgiores. Cap. xxxvi.

Onstat igit primo quidẽ loco vnitatẽ ꝓpe imutabilisqz: substãtie eiusdẽqz nãe: dualitatẽ vō primã alteritatis mutatiõisqz esse principiũ. Scdo vō loco oẽs ipares numeros pp vnitatis cognationẽ eiusdẽ atqz immutabilis sube eẽ participes: pares vō ob binarii nũeri cõsortiũ alteritatib⁹ eẽ pmixtos. Tetragonos quoqz ad eũdẽ modũ cõsiderari manifestũ est. Mã qd̄ eorum cõpositio ⁊ cõiũctio ex imparibus fit. imutabili eos nature pronunciabo coniunctuos. Qd̄ vō parte altera longiores ex copulatione pariũ ꝓcreant: nũqz ab alteritatis varietate separantur.

¶Alternati positis quadratis ⁊ parte altera longioribus qui sit eorꝫ cõsensus in differentia ⁊ ī ꝓportione. Capitulum. xxxvij.

Illud igit perspiciendũ est: quod si idẽ tetragoni ⁊ parte altera lõgiores disponãt: ita vt alternati sibi pmixti sint: tãta in his est cõiũctio vt alias sibi in eisdẽ proportionibus cõmunicent: discrepent. ãt differentiis. Alias. vō differentiis pares sint. proportionibus distẽt. Disponantur enim in ordinem idez illi supiores tetragoni: ⁊ parte altera longiores ab vno.

| 1 | 2 | 4 | 6 | 9 | 12 | 16 | 20 | 25 | 30 |

Ergo in supiore formula hoc marte intuẽdũ est. Mãqz inter vnũ qui est tetragonus ⁊ 2. dupla proportio est. inter. 2. ⁊ 4. dupla. Hic ergo tetragonus cũ parte altera longiore: atqz hic cũ sequente tetragono. eadem ꝓportione iunguntur: differentiis vō nõ isdẽ Mãqz duorꝫ atqz vnius sola vnitas differentia est: hz idem duo a quaternario solo binario relinquunt. rursus si. 2. ad. 4. speculeris dupla est proportio. si quatuor ad sex habitudinem sesqualteram recognosces. Hic ergo ⁊ porportionibus discrepant in differentiis pares sunt. Mãqz ⁊ quatuor a duob⁹ ⁊. 6. a q̃tuor eodem binario distãt. In sequentibus etiaz eodẽ modo sicut in primis fuit: rõ constant. Nam eadẽ ꝓportio est differentiis non eisdem. Nam. 4. ad. 6. ⁊. sex ad nouem sesqualtera proportiõe iungũtur. 6. autẽ quaternarium duob⁹. 9. vō senarium tribus pretereũt. In sequẽtib⁹ etiam eadem rõ speculabit. ⁊ semper alternatim nunc quidẽ eedem proportiões. alie differentie sunt. nũc aũt ordine permutato. hisdẽ differẽtiis alie proportiones. Semperqz in quib⁹ differunt secũdum nãlis numeri ordines tetragoni ⁊ parte altera longiores sese superabũt: tantũ qd̄ geminatz sũmulis naturalis numeri fit progressio. Quod mirũ videri non debet. nos enīz ipas summas tetragonorꝫ ⁊ parte altera longiorum geminam⁹ ad primas secundasqz proportiones.



Differentie.

Edem quoqz differentie mirabilem in modum a toto ꝑ sequẽtes ptes ⁊ ꝑ easdẽ vnitates qb⁹ superius creuerũt progrediũtur Mãqz iter vnũ ⁊ duo tm̃ vnitas intercedit: q̃ vnitati cui eq̃lis ẽ totũ ẽ binarii vō medietas. Eodẽ mõ iter. 2. ⁊. 4. tm̃ duo sunt. q binarij totũ sũt: quaternarii medietas. Inter q̃ternarium vero ⁊ senariũ idẽ duo sunt: ad quaternarium medietas: ad senariũ ꝑs tertia. Tres vō q sequũt q inter. 6. ⁊. 9. constituti sunt medij: sunt quidez senarii dimidiũ ꝑs vō tertia nouẽarii. Et rursus ternari⁹ q nouẽarii tertia ꝑs est: duodenarij quarta ẽ. ⁊ ad eundẽ modũ vsqz in finẽ descriptionis geminatis hmõi partibus sicut ipsa quoqz summarꝫ comparatio geminata est: equas partium progressiones aspicies.

¶Probatio quadratos eiusdẽ eẽ nature. Cap. xxxviii.

Illud ãt apertissimũ signum ẽ oẽs tetragonos imparibus esse cognatos. quod si omni dispositione ab vno vel in duplicib⁹ vel ī triplicibus talis nature ordo conserit vt nũqz nisi secundum imparem locum tetragonus inueniatur. Disponam⁹ enim in ordinẽ numeros: primo quidẽ duplos: deinde triplo.

1	2	4	8	16	32	64	128	256
1	3	9	27	81	243	729	2187	6561

Si igitur in vtrisq; versibus primos aspicias: singulos quos inuenis quoniam tertagoni sunt: in impare loco sunt constituti: quoniã primi sunt. Si vero tertium locum respexeris. 4. 7. 9. notabis: quorum hic a duobus proficiscitur: illam ternarius creat. qui sunt loco impari constituti. Quintum deinde si videas locus 16. 7. 81. respicies. sed vnus a quaternario nascitur: alterũ nouenarius creat. Et si nonum locum rursus aspicias: tetragonos pernotabis. 256. 6561. quorum superior fit a. 16. inferior vo ab. 81. Idẽ si in infinitum facere libeat indiscrepanter incurrit.

¶ Cubos eiusdem participare substantie quod ab ipa ribus nascantur. Capm. xxxix.

Ipsi vo cubi qui quãquã tribus interuallis sublati sint: tamen pp equales multiplicationem participant immutabilis substãtie. eiusdemq; nature sunt socii: non aliorũ quã impariuz coaceruatione produnt nũ quã vo parium: Nam si omnes ab vnitate impares disponantur: iuncti figuras cubicas explicabunt.

1	3	5	7	9	11	13	15	17	19	21

Nbis igitur qui primus est potestate: 7 virtute primum cubum faciet. Juncti vo duo qui sequuntur ternarius scilicet 7 quinari' secundum efficiunt cubum: qui est octonarius Juncti autem. 3. qui sequuntur septenarius nouenariusq; 7. 11. cubum faciunt: qui. 27. numero continetur qui est tertius. Et sequẽtes quatuor quartum. 7 qui sequuntur. 5. quintum 7 ad eundem modum quotus quisq; cubus efficitur: tot coniunctione impares apponuntur. Hoc autem diligenti' subiecta descriptio docet.

1	3	5	7	9	11	13	15	17	19
1		8				27		64	

primus ab vno	secundus a bis duobus bis	tertius a ter tribus ter	quartus a quater quatuor quater

¶ De proportionalitatibus. Capm. xxxx.

Et de bis quidem sufficienter dictum est. nunc res admonet quedam de proportionibus disputantes que nobis vel ad musicas speculatiões: vel ad astronomicas subtilitates: vel ad geometrice cõsiderationis vim: vel etiam ad veterum lectinum intelligentiaz p desse possint: arithmetica introductione commodissime terminare. Est igitur proportionalitas duarum vel trium vel quotlibet proportionum assumptio ad vnum atq; collectio. Vt autem communiter definiamus: proportionalitas est duarum vel pluriuz proportionum similis habitudo: etiam si non eisdem quantitatibus 7 differentiis constitute sint. Differẽtia vo est inter numeros quantitas. Proportio est duoruz terminorum ad se inuicem quedam habitudo 7 quasi quodam modo continentia. Quorum compositio qd efficit: proportionale est. Ex iunctis enim proportionibus proportionalitas fit. In tribus autẽ terminis minima proportionalitas inuenitur. Fit etiam in pluribus sed longior. vt binarius ad vnum quoniam duo sunt termini: duplam obtinet proportionem. sin vero quatuor contra. 2. impares: 7 hic quoq; dupla proportio est. quos tres terminos si continue consideres ex duabus proportionibus fit proportionalitas: Et ẽ proportionalitas. vnum ad duo: 7 duo ad quatuor. ẽ enim proportionalitas vt dictum est collectio proportionum in vnum que redactio. Fit etiam 7 in longioribus. Nam si quatuor illis octo velis adiungere: 7 bis 16. 7 bis. 32. 7 deinceps duplos qui sequuntur: fit in omnibus dupla proportionalitas 7 proportionibus duplis. Igitur quotiens vnus atq; idem termin' ita duobus circum se terminis communicat: vt ad vnuz dur sit ad alium comes: hec proportionalitas cõtinua vocatur: vt vnus duo quatuor. Est enim equalitas in his proportionis: 7 quemadmodum sunt. 4. ad. 2. sic sunt duo ad vnum. Et rursus quemadmodum vnus ad duo: sic duo ad quatuor. Et secundum quantitatez quoq; numeri eodem modo est. Quantum eni tres superant binarium: tantum binarius: vnitatẽ. 7 quãtum vnus a duobus minor est. tantum binarius a ternario superatur. Sin vo alius ad vnum refertur terminus: alius vero ad alium: necesse est habitudinem disiunctam vocari. Vt ad equalitatem quidem proportionis sunt. 1. 2. 4. 8. Sic eniz sunt quemadmoduz duo ad vnum. si octo ad quattuor: 7 conuersim quemadmodum vnus ad duo: sic quattuor ad octo. Et permutatim quemadmodum quattuor ad vnum sic octo ad binarium. Secundum quantitatem vero numeri: vt sunt. 1. 2. 3. 4. quantum enim vnus a duobus vicit: tantuz ternarius a quaternario superatur. Et quantum duo vnũ vincũt: tãto ternariũ quaternarius trãsit. Permixti ẽt quãto vnus tribus minor est tãto binari' quaternario: vel quãto ternarius vnitatẽ supat tãto binarium transgredit quaternarius.

¶ Que apud antiquos proportionalitas fuerit: quas posteri addiderint. Capitulum. xli.

Confesse quidem 7 apud antiquiores note: queq; ad pythagore vel platõis vel aristotelis scientiam peruenerũt: be tres medietates sunt arithmetica: geometrica: armonica. Post quas proportionum habitudines tres alie sunt que sine nomine quidem feruntur. Vocantur autem quarta: quinta: vel sexta que superius dictis opposite sunt. at vo posteri propter denarii numeri perfectionem quod erat pythagore complacitus: medietates alias quatuor addiderunt: vt in his proportionalitatibus denarie quantitatis corpus efficerent. Secundum quem numeruz 7 priores quinq; habitudies comparationesq; descripte sunt: vbi quinq; maioribus proportionibus quos vocauimus duces: minores aptauimus alios terminos quos comites diximus Inde etiam in aristotelica atq; archyte prius. io. predicamentorum descriptione: pythagoricum denarium manifestum est inueniri. Quando quidez 7 plato studiosissimus pythagore secundum eam disputationem diuidit 7 archytas pythagoricus ante aristotelem licet quibusdam sit ambiguum decem hec predicamenta constituit. inde etiam. io. membrorum particule: inde alia permulta que omnia persequi non est necesse.

Quod primum de ea que vocatur arithmetica ppor tionalitate dicendum est. capitu. 42.

Nunc vo de proportionalitatibus deq; medietatibus dicendum est. Et primum quidem de ea medietate tractabimus: que

ſcõm quãtitatis equalitatem neglecta proportiõis parilitate conſtitutor terminorum habitudines ſeruat In his aũt quãtitatibus medietas iſta verſat̃: inqz his ſpeculanda eſt:in quib⁹ a ſeipſis termini differũt Quid autem eſſet differentia terminor ſuperi⁹ diffinitum eſt. Hanc autẽ eſſe arithmeticã medietatẽ numerorum ipa rõ declarabit:quoniã eius proportio ĩ numeri quantitate conſiſtit. Que igit̃ cã eſt hmõi terminorum habitudinem ideſt arithmeticam cũctis aliis proportionalitatibus anteponere: primum qõ hanc nobis in principio ipſa numerorum natura ꝛ viſ naturalis quantitatis opponit. Huiuſmodi enim proportiones queqz ad terminorum differentias pertinent:vt paulo poſt demonſtrabitur:in naturalis primum numeri diſpoſitione cognoſcimus. Deinde qõ ſupiore libro diſputãtib⁹ nobiſ apparuit arithmeticã vim geometrica atqz muſica eſſe antiquiorem: ꝛ qõ illata has ſimul inferre :ſublata vero perimeret.quare ordine diſputatio progredieť:ſi ab ea prius inchoandũ ſit medietate que in nũeri differẽtia nõ in ꝓportioniſ ſpeculatione verſatur.

De arithmetica medietate eiuſqz proprietatibus.

Capitulum.xxxiii.

ARithmeticaz medietatẽ vocam⁹: quotiẽs vel trib⁹ vel quotlibet terminis poſitz:eq̃lis atqz eadẽ differentia inter oẽs diſpoſitos terminos inuenit̃. In qua neglecta proportionis equalitate terminoruz tantũ differentiarꝫ qz ſpeculatio cuſtoditur.vt.1.2.3.4.5.6.7.8.9.10

IN hac enĩ nãlis numeri diſpoſitione:ſi qs. continuatim differentias terminorum curet aſpicere:ſecundum arithmeticam medietatem equa terminorum inter ſe diſcrepantia eſt. Equales enim ſunt differentie: ſed eadem proportio atqz habitudo non eſt. Si igit̃ in tribus terminis conſideratio ſit:continua proportiõalitas dicitur. Sin vo hic alius dux ꝛ alius comes illic vero vtriqz ſint alii:vocabitur diſiũcta medietas Si igitur in tribus tantum terminis ſecundam continuam medietatem conſpexeris:vel in quatuor:vel in quotlibet aliis ſecundum diſiunctam:eaſdem ſemper differentias terminorum videbis:tantuz ſolis ꝓportionibus permutatis. Id ſi in vno quis nouerit reliqua eũ ratio nõ latebit. Sit continua medietas.1.2.3. Hic vnus a duob⁹ ꝛ.2.a tribus ſolis tantum ſingulis diſtant.ꝛ ſunt eedem differentie proportiones vero alie: Namqz duo ad vnũ duplus eſt.tres ad duo ſeſqualter:ꝛ in ceteris idem videbis. Sin autem permiſcens ꝛ aliquos preteriens eligas:ꝛ in his aliquam ſpeculationẽ ponas:idẽ poterit euenire. Nã ſi equales terminos ĩtermittas:ꝛ ſeſe in priore diſpoſitiõe ꝓtereant.ſi ſingulos intermittas:ſoli⁹ binarii notabit̃ differẽtia.ſin vo duo ꝓtereas:ternarii.ſi tres:q̃ternarii.ꝛ ad eundẽ modũ vno plus quã intermiſeris: erit illa quã querimus differẽtia terminor. Nãqz ſi ĩ trib⁹ terminis ſinguli relĩquant̃:binarius ſemper intererit

Differentie



intermiſſi

IIdes ne vt cũ ſupius in naturalis nũeri diſpoſitione ſe termini ſingulis preteirent pretermiſſis duobus ꝛ.4.vnus ad tres:ꝛ.3.ad quinarium comparati bina rium ſolum in differentia retinuerint. Nec nõ etiã in diſiuncta eadem verſabitur obſeruatio.

Differentie



intermiſſi

Talibus igitur veſtigiis inſiſtentem nullus ab eadez ſimilitudine error abducet. Nam qz ſi duos intermittas:ternarius differentiam continebit.ſi tres:quaternarius. ſi q̃tuor quinarius:eque in continuis proportionibus atqz diſiunctis. Qualitas autem proportionis eadem non erit quãuis ſint equis termini differentiis diſtributi. Quod ſi conuerſim: ponantur: vt non eiſdem differentiis eadem qualitas proportionis eueniat:geometrica talis proportionalitas non arithmetica nominatur. Eſt autem proprium huius medietatis quod ſi in trib⁹ terminis ſpeculatio ſit:cõpoſitis extremitatibus illa ſumma que inter extremitates eſt:non loco tantum:verum etiam ſit quantitate medietaſ. Ut ſi ponãtur.1.2.3.vn⁹ꝛ tres q̃tuor reddũt. Duo vo qui medius inter vtroſqz eſt:q̃ternarii medietas inuenitur. Quod ſi bis medietatem ducas equ⁹ erit extremitatibus Bis enĩ duo quatuor creãt Sin vero diſiũcta ſit:quod fit ex vtriſqz extremitatibus compoſitis.hoc ex duabus medietatibus redditur. Si enim ſunt.1.2.3.4.vnus ꝛ quatuor quinariuz creant: duo ꝛ tres medii in eundem rurſus quinarium ſurgunt.

continua



bis duo

4

diſcontinua



5

Et illi hoc quoqz ſolida ꝓprietate coniunctum :quod quemadmodum ſunt omnes termini huiuſmodi diſpoſitõis ad ſeipos

ita sunt differentie ad differentias constitute. Namq; omnis terminus sibiipsi equalis est ⁊ differētie differentiis sunt equales Illud quoq; subtilius qd multi huius discipline periti nisi nicomachus nūq; antea perspexerunt: quod in omni dispositione vel continua vel disiuncta: quod cotinetur sub duabus extremitatibus minus est eo numero qui ex medietate conficit tantum quantum possunt due sub se differentie continere que inter ipsos sunt terminos constitute. ponamus enim tres terminos. huiusmodi. 3. 5. 7. Si igitur tres septies augeantur: in. 21. numerum cadunt. Quod si medium terminum idest. 5. in semetipsum multiplicaueris: quinquies quinq; faciunt. 25. Et hic numerus ab eo quem extremitates colligunt quaternario maior est: quem scilicet differentie conficiunt. Inter tres enim ⁊. 5. ⁊. 7. bini intersunt. quos si in se se multiplices. 4. reddunt. bis enim duo quatuor fūt Recte igitur dictum est: in hac huiusmodi dispositione quod continetur sub extremitatibus minus esse illo numero qui fit ex medietate tantum quantum differentie in se multiplicate restituunt.



Quartum vero proprium huiusmodi dispositionis notatur: quod antiquiores quoq; habuere notissimum: quod in hac proportionalitate vel medietate in minoribus terminis maiores proportiones in maioribus minores cōparationes necesse est inueniri. Namq; in dispositione hac. 1. 23. minores sunt termini. i. ⁊. 2. maiores. 2. ⁊. 3. ⁊. 2. ad vnū duplus est. 3. vo ad duos sesqualter: sed maior est proportio dupli quaz sesqualtera. In armonica autem medietate econtrario euenire contingit. In minoribus enim terminis minores proportiones: ⁊ maioribus maior proportionis quantitas custoditur. Harum vero medietatum idest arithmetice atq; armonice. geometrica proportionalitas media esse notata est. que vel in maioribus vel in minoribus terminis equas numerorum qualitates in proportionalitate custodit. Inter maius vero ⁊ min' equalitas loco ponitur medietatis. Et de arithmetica quidem medietate satis dictum est.

De geometrica medietate eiusq; proprietatibus.

Capitulum. xxxviii.

Hinc vero que hanc sequitur geometrica medietas expediatur que sola vel maxime proportionalitas appellari potest: propterea quod in ea eisdem proportionibus terminorum vel in maioribus vel in minorib' speculatio ponitur. Hic enim equa semper proportio custoditur: numeri quantitas multitudoq; negligitur contrarie quam in arithmetica medietate. vt sunt. i. 2. 4. 8. 16. 32. 64. Vel in tripla proportiōe. i. 3. 9. 27. si: Vel si quadrupla vel si quincupla vel si in quamlibet multiplicitatem numerorū sit constituta distensio. In his enim quotlibet terminos sumpseris: erplebunt geometricam medietatem. quemadmodum. n. prior ad sequentem ita sequens ad alium. Et rursus: si permixte facias idem erit. Si enim ponātur tres termini. 2. 4. ⁊. 8. quemadmodum sunt. 8. ad. 4. ita. 4. ad. 2. Atq; hoc si conuertas: quemadmodū sunt. 2. ad. 4. ita erunt. 4. ad. 8.



Vel si in quatuor terminis vt sunt. 2. ⁊. 4. 8. ⁊. 16. quemadmodum est primus ad tertiū. i. 2. ad. 8. sic erit secundus ad quartuz: idest 4. ad. 16. Utraq; enim proportio quadrupla est. Et conuersim quemadmodū quartus est ad scōm: ita tertius notatur ad primum. Hoc verō etiam disiuncte licet. Nam quemadmodum est primus ad secunduz: idest. 2. ad quatuor: sic tertius ad quartum. idest. 8. ad. 16. ⁊ conuersim quemadmoduz secundus ad primum: idest. 4. ad duos: ita quart' ad tertium: idest. 16. ad. 8. idq; in omnibus rata cōsideratione perspicies.



Habet autem propriū huiusmodi medietas quod in omni dispositione secundum hanc proportionalitatem terminorum differētie in eadem proportione contra se sunt q̄ fuerint ipsi termini quorum sunt ipse differentie. Siue eniz dupli contra se sint termini: duple erūt etiam differentie: siue tripli: triple. siue secunduz quālibet multiplicitatem: eadem in differentijs multiplicitas erit: quam prima consideratio inuenit in terminis vt. subiecta descriptio monet.

Differentie duple

1	2	4	8	16	32	64	128
1 2	4	8	16	32	64	128	256

Termini dupli.

Nulli igitur dubium esse potest qd cū oēs termini dupli sint: ita differentie quoq; eorum terminorum duple esse videantur: vt vno minus termino in differētiis: omnes pene dispositos subter terminos quorū sūt ipse differentie: superior ordo reddiderit. Est etiam aliud proprium quod omnis ad minorem maior terminus comparatus. ipsum minorem retinet differētiam. Namq; binarius ad vnitatem: ipsa vnitate differt. ⁊ quaternari' binario: ipso binario. ⁊ octonarius quaternario ipso quaternario. ⁊ deinceps maiores alii ipsis minoribus ab eisdem ipsis differūt quos numerositate pretercunt. Et hoc quidem in duplici proportione cadit. Sin vero sint triplices proportiones: maior

nes:maior terminus a minore termino duplicato minore termino differt. Ut si sint.i.3. 9. tres ab vno: binario differunt:in quem vnitas idest minor terminus duplicatus exundat.7.9.a tribus senario differunt:quem ternarius duplicatus educit. Et in aliis cũctis eiusmodi ratio reperietur. Sin vo quadruplices sint:triplicato minore termino maior terminus a minore distabit. Et si quinquupli:quadruplicato.7 si sexcupli:quiquuplicato:7 vna minus multiplicatiõe quã est ipsa minorum ad maiores comparatio terminorũ minorem numerus maior exuperat.

Differentie duple.

1	2	4	8	16	32	64	128
1	2	4	8	16	32	64	128	256

Termini dupli

Differẽtie triple

2	6	18	54	162	489	1458
1	3	9	27	81	243	729	2187

Termini tripli

Differentie quadruple

3	12	48	192	768	3072	12288
1	4	16	64	256	1024	4096	16384

Termini quadrupli.

Hec autem proportionalitas 7 in aliis omnibus vel superparticularib' vel superpartiẽtibus inuenitur huiusmodi proprietate in omnibus conseruata:vt in continua proportione:quod fit sub extremitatib' si tres fuerint termini:hoc a medietate multiplicata consurgat Si enim sint.2.4.8.quod fit ex bis.8.idem fit ex quater.4.Vel si sit in quatuor terminis disiũcta proportio quod fit sub vtrisq extremitatibus id duarũ medietatum multiplicatione concrescat: Ut si sint. 2.4.8.16.quod fit ex bis.16.idest quater.8.reddatur. Exẽplar autem nobis maximum certissimumq sit illud: vbi ex equalitate diximus omnes sequalitatis species fundi. Illic enim in omnibus vel multiplicibus vel superpartientibus vel superparticularibus vel in ceteris cõiunctis geometrica proportionalitas custoditur has omnes proprietates quas supradixim' continẽs Quarta vero est proprietas huiusce medietatis: qõ vel in maioribus vel minorib' terminis 7 quales sẽper proportiones sunt. Namq si ponantur. 2. 4.8. 16.32.64.inter hos omnes dupla proportio est. Apparet etiam hec proportionalitas in binis proportionibus ab vnitate alternatim parte altera longiorib' quadratisq dispositis a prima multiplicitatis habitudine idest a duplici per cunctas superparticularis habitudines proportionesq discurrens quod subiecta descriptione signatum est.

Tetragonus	1	
parte al.lon.	2	dupla
Tetragonus	4	dupla
parte al.lon:	6	sesqualtera
Tetragonus	9	sesqualtera
parte al.lon.	12	sesquitertia
Tetragonus	16	sesquitertia
parte al.lon.	20	sesquiquarta
Tetragonus	25	sesquiquarta
parte al.lon.	30	sesquiquinta
Tetragonus	36	sesquiquinta
parte al.lon.	42	sesquisexta
Tetragonus	49	sesquisexta

¶Que medietates quibus rerum publicarum statibus comparentur.

Capitulum. xxxxv.

Ideo arithmetica quidẽ ei reipublice comparatur que paucis regitur:iccirco qõ in minoribus eius terminis maior proportio fit. Musicam vo medietatem optimatum dicunt esse rem publicam :ideo quod in maioribus terminis maior proportionalitas inuenitur. Geometrica medietas popularis quodammodo 7 ex equalitate ciuitatis est. Namq vel in maioribus vel in minoribus equali omniũ proportionalitate componitur:7 est inter omnes paritas quedam medietatis equum ius in proportionibus conseruantis.

¶Quod superficies vna tantum in proportionalitatibus medietate iungãtur:solidi vo numeri duab' medietatibus in medio collocantur.

Capitulum. xxxxvi.

Post hec igitur tempus est:vt exepediam' nunc quidam nimis vtile in platonica quadam disputatione:que in timei cosinopeia haud facili cuiquam vel penetrabili ratione versatur. Omnes enim plane figure que nulla altitudine crescunt vna tantum medietate geometrica continuantur:alia que iungat non potest inueniri. vnde duo tantum in his interualla sunt constituta:a primo scilicet ad medium:7 a medio ad tertium. Si vero fuerint cubi.duas tantum habebunt medietates vbi tertia inueniri non poterit:secundum geometricam.s.proportionẽ.vnde forme solide tria interualla dicuntur habere. Est enim vnum interuallum a primo ad secundum 7 a secundo ad tertium:et a tertio ad quartũ:que est.s.postrema distantia. Recte igitur 7 plane figure duobus interuallis:7 solide tribus contineri dicuntur. Sint enim duo tetragoni 4.scilicet.7.9.horum igitur vnus tantum medius in eadem proportione constitui potest. Namq senarius ad.4.sesqualter est:7.9. ad senarium eodem modo sesqualter. Hoc autem iccirco euenit quod singula latera singulorum tetragonorum efficiunt senariam medietatem. Namq quaternarij tetragoni latus binarius est.nouenarij ternarius.bi ergo multiplicati senarium perfecerunt. Bis.enim tres senarius est. Et quotienscunq datis duobus tetragonis eorum medietatem volumus inuenire : latera eorum multiplicanda sunt:7 qui ex his procreabuntur medietas est. Si autem cubi sint.vt.8.7.27.due tantum inter hos eadem proportione medietates constitui queunt. 12.scilicet 7.18.namq.12.ad.8.7.18.ad.17 . sesqualtera tantum proportione iunguntur. In his quoq eadem laterum ratio est. Namq ex vno cubo q propinqor est:vna medietas duo latera colligit:ex alternatim vero posito vnum. In alia quoq medietate idem est. ponantur enim duo cubi 7 in medio eorum due medietates quas superius diximus.8.duodecim.18.27 . octonarii igitur latus est binarius: bis enim bini bis octonarium fecerunt. Ternarius vero.27.cubi latus est. Ter enim tres ter.27.restituunt. Medietas igitur q̃ iuxta octonarium est.idest.12.mutuatur duo latera ex propinquo sibi octonario 7 aliud vnum latus ex altrĩ

secus posito.27.cubo. Bis enim bini ter. 12.pãdunt. Et.18.eadez ratione duo latera a propinquo sibi.27. cubo colligit: ⁊ vnũ ab altrinsecus posito octonario. Tres enim ter bis.18.concludunt. Hoc autez vniuersaliter speculandum est: si tetragonus tetragonum inultiplicet: sine dubio tetragonus proueniet. Sin vo parte altera longior tetragonũ multiplicet vel tetragonus parte altera longiorem: nunquaz tetragonus sed semper ante longior crescit. Rursus si cubus cubũ multiplicauerit: cubi forma conficitur. Si vero parte altera longior cubum: vel cubus parte altera longiorem: nunquam cubus procreabitur. hoc.s. secunduz si similitudinem paris atqz imparis. Par enim parem si multiplicet: semper par nascitur. ⁊ impar imparem si multiplicet. impar cõtinuo procreatur. Si vero impar parem: vel si par imparem multiplicet: par semper exoritur. Hoc autẽ facilius cognoscitur ex lectione platõis in libris de republica: eo loco qui nuptialis dicitur: quem ex persona musarum philosophus introducit. Sz nunc ad tertiã medietatez redeundũ ẽ.

De armonica medietate eiusqz proprietatibus. Capitulum.xxxvii.

Armonica autem medietas est: que neqz eisdem differentiis nec equis proportionib⁹ constituitur: sed illa in qua quemadmoduz maximus terminus ad paruissimum terminum ponitur: sic differentia maximi ⁊ medii contra differentiam medii atqz paruissimi comparatur. Ut si sint.3.4.6.vel si.2.3.6. Senarius enim quaternarium sua tertia parte superat: idest duobus quaternarius vero ternariuz sua quarta parte superuenit: idest vno. Et senarius ternarium sua medietate idest tribus. ternarius vero binarium sua pte tertia idest vnitate transcendit. Quare in his neqz eadẽ proportio terminorum est: neqz sunt eedem differentie. est autem quemadmodum maximus terminus ad paruissimum terminuz: sic differentia maximi ⁊ medii ad differentiam medii atqz postremi. Illamqz in hac proportione que est.3.4.6.maior terminus idest senarius ad paruissimum terminum ternariuz dupl⁹ est ⁊ differentia maximi ⁊ medii idest senarii ⁊ quaternarii duo scilicet: ad differentiam medii ⁊ vltimi idest quaternarii atqz ternarii que est vnitas dupla perspicitur. Sed hoc quoqz subiecta descriptione mõstratur.

differentie duple — differentie triple.



termini dupli — termini tripli.

Habet autem proprietatem quemadmodũ dictum est cõtrariã arithmetice medietati. In illa enim in minoribus terminis maior erat proportio: in maioribus minor in hac vero ĩ maioribus quidem teminis maior est proportio: in minoribus vo minor. Namqz in hac dispositione.3.4.6.tres ad quatuor comparati sesquitertiã habitudinem: sex vo ad quatuor sesqualteram reddunt: sed maior est proportio sesqualtera a sesquitertia tantum quantum pars tertia medietate transcenditur. Juste igitur medietas quedaz geometrica proprieqz eẽ proportionalitas iudicatur.s. inter eas vbi in maioribus terminis minor est proportio ⁊ minoribus maior: ⁊ inter eam vbi in maioribⁿ maior est minoribus minor. Illa est.n.vere proportiõalitas que medietatis quodãmodo locum obtinẽs: ⁊ in maioribus ⁊ in minoribus: equalibus proportionum cõparationibus continetur. Hoc quoqz signum est duarum extremitatum mediam esse quodãmodo geometricã proportionem. Namqz in arithmetica proportione medius terminus eadẽ suã parte ⁊ minorẽ precedit ⁊ a maiore precedit ꝗ alia pte minoris alia vo parte maioris. Sit enim arithmetica dispositio.2.3.4. Ternari⁹ igitur numerus binarium tertia sua pte precedt idest vno: ⁊ a quaternario tertia sua pte preceditur idest vno. At vero ternarius nõ eadẽ pte minoris minorẽ vincit: vel maioris a maiore supat. Namqz minorẽ idest binariũ vno superat: idest ipsi⁹ medietate binarii. a quaternario vo vno relinquit: que ps quaternarii q̃rta est. Recte igitur dictum est mediũ terminũ in hmõi medietate: eadẽ sui pte ⁊ minorem vincere ⁊ maiore supari: sed non eisdem ptibus vel minoris minorẽ transgredi: vel maioris a maiore transcendi. Contrarie armonica medietas ꝓportiões hz Nãqz non eadẽ pte sua medius terminus in hac ꝓportãꝫ vel minorẽ vincit vel a maiore supatur. sed eadem pte minoris minorẽ supat: qua pte maioris a maiore supat. In hac enĩ dispositione armonica q̃ ẽ. 2.3.6.ternari⁹ binariũ tertia sui pte vicit: idẽ ternarius a senario a tota sui quãtitate superat. i. tribus: Idẽqz ipse ternarius medietate minoris vincit minorẽ .i. vno. ⁊ medietate maioris a maiore termino vicit idest trib⁹. Senarij enim medietas ternari⁹ est. In geometrica vo medietate neqz eisdẽ suis partib⁹ medius vel vincit minorẽ vel a maiore vincitur. neqz eadem parte vel minoris minorẽ superat: vel maioris a maiore relinqtur. sed qua pte sua medi⁹ termin⁹ minorem superat: eadem pte sua maior termin⁹ mediũ vincit. Quod est vt medietas atqz extremitas eq̃lib⁹ medietatẽ ⁊ extremitatẽ reliquam suis partibus superuadant. In hac enĩ dispositione que est.4.6.9. tertia sui pte medius senarius quaternarium superat. idest duobus: ⁊ tertia sui pte rursus nouenarius senarium vincit: idest tribus. Habet autẽ aliam proprietatẽ armõica medietas. vt cũ duas extremitates in vnũ redactas medietas multiplicauerit dupla quãtitas colligitur quã si se multiplicẽt due extremitates Sint enĩ hi termini.3.4.6.si igit̃ ternariũ ⁊ senariũ iũgas nouenariũ facies: q ꝑ quaternariũ ductus.36 efficit. qd̃ si se ipse extremitates multiplicent: ⁊ fiant tres sexies.18.cõficiũt: qd̃ est prioris sũme dimidiũ.



¶ Quare dicta sit armõica medietas ea que digesta ē
Capitulum . xxxxviii

Considerandum forsitan videatur: cur hāc armonicam medietatem vocemus. Cuius hec ratio est: quoniam arithmetica dispositio equas tantum per differētias diuidit quantitates: geometrica vero terminos equa proportione cōiungit. At vero armonica ad aliquid quodammodo relata consideratione: neqz soluz in terminis speculationem proportionis habet: neqz soluz in differentiis: sed in vtrisqz communiter. Querit enim vt quemadmodum sunt ad se extremi termini: sic maioris ad medium differentia: contra differētiam medietatis ad vltimum. Ad aliquid autem considerationem armonie proprie esse in primi libri rerum omnium diuisione monstrauimus. Ipsarum quoqz musicarum consonantiarum quas symphonicas nominant proportiones in hac pene sola medietate frequenter inuenias. Namqz symphonia diatessaron: que princeps est ⁊ quodammodo vim obtinēs elemēti: constituitur scilicet in epitrita proportione: vt est quaternarius ad ternarium: in eiusdē armonicis medietatibus inuenitur. Sint enim eiusmodi armonice medietatis temini quoruz extimi dupli sint ⁊ rursus alia huiusmodi dispositio quorum extimi tripli.

| 3 | 4 | 6 | | 2 | 3 | 9 |

Senarius igitur ad ternarium duplus est. idem autem in alia dispositione senarius ad binarium triplus. Horum igitur si differentias colligamus ⁊ ad se inuicem comparemus: epitrita proportio colligitur vnde diatessarō symphonia resonabit. Inter tres enī ⁊. 6. ternarius est: ⁊ inter binarium ⁊ senarium quaternarius: qui sibimet comparati sesquitertiam efficient proportionē.



In eadem quoqz medietate ⁊ diapente symphonia componitur: quaz sesqualtera habitudo restituit. Nam in vtrisqz dispositiōibus his que subiecte sunt in duplici senarius ad quaternarium sesqualter est: in triplici ternarius ad binarium: ex quibus vtrisqz diapente symphonia coniungitur.

p Est hanc autem diapason consonātia que fit ex duplici. vt est subiecta formula.

Duplex
Diapason.



i In triplici quoqz dispositione simul diapente ⁊ diapason symphonia componitur: seruans sesqualteram ⁊ duplicem rationem. quod subiecta descriptio docet.

Sesqualtera. Diapente. Duplex Diapason.



Tripler.
Diapente ⁊ diapason.

Et quoniam triplus duas continet consonantias diapente scilicet ⁊ diapason: in huius triplicis positione in differentiis eūdē rursus triplum reperiemus secundum subter descriptum modum.

Triplus. diapente ⁊ diapason



Termini.

In dupla vero dispositione maior termin' ad medii termini contra se differentiam triplus est. ⁊ rursus minor termin' ad medii contra minorem terminum comparati differentiam triplus est.



Illa autem maxima symphonia que vocat̃ bis diapason: velut bis duplum: quoniam diapason symphonia ex duplici proportione colligitur: huic se iuncture armonice medietatis interserit. Nam in duplici proportione medius terminus ad minoris suiq; differentiã quadruplus inuenitur.

Differentia.



In triplicib⁹ quoq; extremitatibus maior differentia ad minorem differẽtiã quadrupla est. ⁊ diapason bis symphoniã emittit. nãq; ĩ dispositiõe. 2. 3. 6. extremoꝝ differẽtia est: idest senarii ⁊ binarii. 4. minor vero differentia idest ternarii ⁊ binarii vnus. 4. autez vno quadrupla maior est relatione. que comparatio bis diapason consonantiam tenet.

¶ De geometrica armonia. Capitulum. xlix

Vocant autem quidam armonicam huiusmodi medietatem iccirco quod semper hec proportiõalitas geometrice armõie cognata est. armoniam autem geometricam cubum dicunt. Ita enim ex longitudine in latitudinem distentus est ⁊ in altitudinis cumulum creuit: vt ex eq̃libus proficiscens ad equalia perueniẽs: equaliter totus sibi conueniens creuerit. Hec autem medietas in omnib⁹ cubis que est geometrica armonia perspicitur. Omnis enim cubus habet latera. 12. angulos octo superficies sex. Hic autem ordo ⁊ dispositio armonica est. Disponantur enim. 6. 8. 12. hic ergo quemadmodũ est maior terminus ad paruissimũ ita differentia maioris ⁊ medii ad paruissimam comparatur. Perpensi namq; 12. ad sex dupli sunt. differentia vo. 12. ⁊ octonarii quaternarius est. octonario ⁊ senarii duo. dupla autem rõne distabunt duobus quatuor comparati. Rursus octonarius qui medietas est alia sua parte minorem precedit: ⁊ alia sua parte a maiore preceditur. eadem autem parte minoris minorem superat. qua parte maioris a maiore superatur. Rursus si extremitates in vnuz redigantur ⁊ a medietate octonario multiplicentur: duplus erit ab eo numero quem sole extremitates multiplicate p fecerint. Omnes autem in hac dispositione symphonias musicas inuenimus. Diatessaron quidem ẽ octo ad sex quoniã proportio sesquitertia est. At diapente. 12. ad. 8. quoniam ea que sesqualtera comparatio dicitur in ea diapente consonãtia reperitur. Diapason vero que ex duplici nascitur ex. 12. ad sex compositione producitur. Diapason vero ⁊ diapente que triplicis optinent rationem: fit ab extremitatum. differentia ad differentiam minorem. Namq; duodenarii ⁊ senarii sex differentia est. minor vero est differentia octonarii ⁊ senarii: idest. 2. dui senarius ad binarium triplus est: ⁊ diapason simul ⁊ diapente consonantiã sonant. Illa vero maior consonantia que est bis diapason: que ex quadruplo fit in medii termini idest octonarii: ⁊ eius differentie comparatione perspicit̃ que inter octonarium senariumq; reperitur. Quare proprie atq; conuenienter huiusmodi proportionalitas armonica medietas appellatur.

¶ Quemadmodum constitutis altrinsecus duob⁹ terminis: arithmetica ⁊ geometrica armõica inter eos medietas alternetur atq; de eoꝝ generationibus.

Capitulum. l.

Os autem prestare debem⁹ quatenus quẽ admodum dato calamo extremis foraminib⁹ manentibus musicis mos est: vt medium foramẽ permutãtes: atq; aliud aperientes aliud digitis occludentes diuersos emittant sonos. Vel cum duabus altrinsecus protensis cordis medii nerui sonum musicis vel astringendo tenuat vel remittendo grauat: ita quoq; datz duobus numeris nunc quidem arithmeticam: nunc vero geometricam: nunc autem armonicam medietatem experiamur inserere. vt rectuz propriũq; medietatis nomen sit: quod manẽtibus extremitatibus huc atq; illuc ferri permutariq; videatur. Poterimus autem hanc in duobus altrinsecus positis terminis vel paribus vel imparibus permutare: ita vt cum arithmeticam ponimus meditatem differentiarum tãtum ratio equalitasq; seruetur. Cum vo geometricam: rata se proportium iunctura custodiat. Sin autem armonica fiat differentiarum comparatio ab terminorum proportione non discrepet. Et sint quidez primo pares posite quedã extremitates: inter quas has oẽs medietates oporteat internectere. io. ⁊. 40. Prius igitur arithmetica medietas aptet̃. Inter hos ergo si. 25. posuero erit mihi arithmetica proportio differentiarum quantitate imutabiliter custodita. ĩ huiusmodi scilicet dispositõe. io. 25. 40. Vides. n. vt qn dene sese summule quantitate trãscendãt. Oẽsq; proprietates quas supra dirim⁹ ĩ medietate arithmetica conuenire: ab hac hmõi dispositione non repies alienas. Nãq; quẽadmodum vnusquisq; eorum termin⁹ ad seipsuz est: quoniã sibi equalis est: ita sunt ad se inuicẽ differẽtie: qm̃ sibi sunt equales. ⁊ quanto maior termin⁹ mediũ trãsit: tãto medi⁹ vincit mĩorẽ. Et extremitatũ aggregatio duplex est medietate. ⁊ minoꝝ terminorum proportio maior ẽ illa comparatiõe q̃ inter maiores

ter maiores terminos continetur. Et tanto minor ē numerus qui fit ex multiplicatis extremitatibus ab eo qui fit ex multiplicata medietate: quantum eorum differentie multiplicate restituunt. Illud quoqz quod medietas eadem sui parte ⁊ a maiore vincitur ⁊ minorem ipsam superuenit. non eadem autez parte minoris minorem transit: vel maioris a maiore relinquitur. que omnes scilicet proprietates non alterius nisi arithmetice medietatis sūt. Quod si superius dicta meminerit lector: ita esse indubitanter intelliget. rursus si inter eosdem. 10. ⁊. 40. viginti constituam: statim geometrica medietas cum suis proprietatib⁹ cūctis exoritur: arithmetica medietate pereūte. In hac enim dispositione. 10. 20. 40. quemadmoduz est maior ad medium: sic medius ad extremum. Et quod cōtinetur ab extremitatibus equum est ei quod a multiplici medietate completur. Differentie quoqz eorum in eadem sunt proportione qua termini. Crementum vero ⁊ imminutio proportionum secunduz terminos nulla est: sed maiorum terminorum proportio a minorum terminorum proportione non discrepat. Si vero armonicam medietatem coniungere velim. 16. mihi numerus inter extremitates vtrasqz ponendus est vt sit hoc modo. 10. 16. 40. Nunc igitur licet in huiusmodi dispositione omnes armonicas proprietates agnoscere. qua enim maximus ad paruissimum terminus proportione coniugitur: eadem proportione differentie ad seinuicē cōparātur. Et quib⁹ partibus maioris a maiore medius vincitur: eisdē partibus minoris preterit minorē. Suis vero non eisdē vel a maiore vincitur. vel transit minorem. Et in maioribus terminis maior est proportio: in minoribus minor. Et si in vnum extremitates redigantur: ⁊ medietatz quantitate concrescant: duplus inde conficitur numerus ab eo qui ex solis multiplicatis extremitatibus ꝓcreatur. Atqz hoc quidem in terminis paribus constitutum est. At vero si impares proponantur vt sunt 5. ⁊. 45. aptatus medius. 25. arithmeticā ꝓportionē medietatemqz constituit. Nam si sint. 5. 25. 45. eadē sese numerorum quantitate termini transgredient: ⁊ omnis superius dicta proprietas arithmetice medietatis in his terminis custoditur Sed si. 15. numerum medium ponam vt sint. 5. 15. 45. in geometricam medietatem termini relabuntur: equalibus terminorum ad se inuicem proportionibus custoditis. Nouem vero si inter vtrosqz terminos ponaz: vt sint 5. 9. 45. fit armonica medietas: vt qua summa maximus numerus paruissimum precedit: eadē maior differentia minorem differentiam vincat. Qua vo disciplina huiusmodi medietates reperire possimus expediendum est. Datis duobus terminis: si arithmeticam medietatem constituere oportebit: vtraqz est extremitas coniungenda quodqz ex ea copulatione colligitur diuidendum. isqz numerus qui ex diuisione redactus est arithmeticam medietatem inter extremitates locatus efficiet. vt. 10. ⁊. 40. si iūxero: efficiūt 50. quos si diuidam. 25. redduntur. Hic erit medius terminus secundum arithmeticam proportionem. Vel si illum numerum quo maior minorem superat diuidas: eumqz minori superponas: quodqz inde concrescit medium ponas arithmetica medietas informatur. Nam. 40. denarium tricenario superat. quez si diuidas. 15. fiūt. hunc si minori idest denario superposueris. 20. ⁊. 5. nascent. quem si medium cōstituas arithmetice medietatis ordo formatur. Geometricā vero si ratione vestiges: eius numeri qui sub vtrisqz extremitatibus continetur tetragonicum latus inquire: ⁊ hunc medium pone. Nam sub. 40: ⁊ denario numero. 400. continentur. Si enim denarium in. 40. multiplices: hic numerus crescit Horum igitur quadringentorum require tetragonicum latus. hi sunt. 20. Uicies enim. 20. 400. efficiuntur. Repertum ergo latus quadratum medium constitues. Uel si eam proportionem quam inter se dati termini custodiunt diuidas: ⁊ id quod relinquetur medium terminum ponas. Namqz. 40. ad denarium quadruplus ē. Igitur quadruplum si diuidas duplum facies: qui est scilicet. 20. Nam. 20. ad denarium duplus est. hūc si medium constituas: medietatem geometricam perferet Armonicā vero medietatez tali mō reperies. differētiam terminorum in minorem terminum multiplica ⁊ post iunge terminos. ⁊ iuxta eum qui inde confect⁹ est cōmitte illum numerum qui ex differentiis ⁊ termino minore productus est. Cuius cum latitudinem inueneris: addas eā minori termino: ⁊ quod inde colligitur medium terminum pones. 10. eniz. ⁊. 40. fiūt 50. Differentia autem inter. 10. ⁊. 40. 30. sunt. quem si multiplicas in denarium: idest in minorem: decies. 30. oportet. 300. efficies. Quos. 300. iuxta euz cōmitte qui ex iunctis vtrisqz cōfectus est: idest iuxta. 50. facient. enim quīquagies senos ⁊ inuenitur latitudo senarius. Nunc igitur si minori termino addas faciēt 16. ⁊ hic numerus medius constitutus iter. 10. ⁊. 40. armonicā proportionē medietatemqz seruabit.

¶ De tribus medietatibus que armonice ⁊ geometrice contrarie sunt.

Capitulum. li.

Et quidem sunt apud antiquiores inuēte ꝓbateqz medietates. quas iccirco lōgius enodatiusqz tractauimus: quod he maxime in antiquorum lectionibus inueniuntur: ⁊ ad omnem pene vim cognitionis eorum versatur vtilitas. Ceteras autem pretereundo transcurrimus: iccirco quod non multum nobis in lectionibus prosunt. sed tantum ad implendam denarij numeri quantitatem. Que ne lateant ne ve sint aliquib⁹ ignorate deprōmimus. Uidentur enim he supradictis medietatibus esse contrarie ex quibus originem trahūt Ex his enim etiam iste sunt constitute. Et autem q̄rta medietas que opposita videtur armonice: in qua tribus terminis positis: quemadmodū est maxius terminus ad paruissimū: sic differentia minoruz ad differentiaz maximorū. Ut sunt. 3. 5. 6. sex ad ternariū duplus. Et sunt minores. 5. ⁊. 3. maximi vo huius dispositionis. 6. ⁊. 5. Differentia vero minoruz quinarii scz ⁊ ternarij. 2. sunt maiorū quinarii ⁊ senarii. 1. qui 2. ad vnum comparati duplum faciunt. Ergo quemadmodum est maximus terminus ad paruissimū sic minorū terminorū differentia est ad differentiā maximorū. Liquet autē oppositā ⁊ quodāmodo contrariam esse hanc medietatem armonice medietati: iccirco: quod in illa quemadmodum est maximus terminus ad paruissimum: sic maioruz terminorū differentia ad differentiam minorū. Hic autem econtrario. Est autem proprium huius medietatis: quoniam quod continetur sub maximo termino ⁊ medio: duplum est eo quod continetur sub medio atqz paruissimo. Sexies enim quinqz. 30. sunt: quinquies vo tres. 15. Due vero alie medietates quinta scilicet ⁊ sexta geometrice medietati contrarie sunt: ⁊ eidem viden

ti.. opposite. Est autem quinta medietas: quotiens in tribus terminis quemadmodum est medius terminus ad minorem: terminum: ita eorum differẽtia ad differentiam medii atq; maioris. Nam in hac dispositione. 2.4.5. quaternarius ad binarium duplus ẽ. sed inter quaternarium ⁊ binarium duo sunt: inter quaternarium vero ⁊ maiorem terminum idest quinq;.1. ⁊ duo ad vnum dupli sunt. Contrarium autem geometrice medietati in hac proportione est: quod in illa quemadmodum maior terminus ad minorem esset: sic maiorum differentia ad differentiam minorum. hec vero contraria quemadmodum minores ad se termini sunt: sic minorum differentia terminorum ad maiorum differentiam comparatur. Est autem ꝑ prium in hac quoq; dispositione quod illud quod continetur sub maiore termino ⁊ medietate duplum est eo quod sub vtrisq; extremitatibus continetur. Nam quinquies quattuor sunt. 20. quinquies vero. 2. sunt. 10. ⁊. 20. denari duplus est. Sexta vero medietas est quando tribus terminis constitutis quemadmodum est maior terminus ad medium: sic minorum terminorum differẽtia maximorũ. In dispositione enim que est. 1. 4. 6. maximus teminus ad medium sesqualter est. differentia vero minorum idest vnius ⁊. 4. ternarius est: maiorum vero idest quaternarii ⁊ senarii binarius. Ternari' autem binario comparatus sesqualteram habitudinem proportionis efficiet. Eodem autem modo hec quoq; medietas geometrice contraria est quemadmodum ⁊ quinta: propter proportionem differentiarum a minoribus ad maiores terminos conuersam.

¶ De quatuor medietatibus quas posteri ad implẽdũ denarium limitem adiecerunt.

¶ Capitulum. lii.

Et be quidem sunt sex medietates quarum tres a pythagora vsq; ad platonẽ aristotelemq; manserunt. Post vero qui insecuti sunt has tres alias de quibus supra disseruimus suis commentariis addidere. Sequens autem etas quemadmodum diximus ad implendam denariam quãtitatem alias quatuor medietates apposuit. quas non adeo quis in veterum libris inueniat. Has igitur nos quam possumus breuissime disponamus. Prima enim que est earum in ordine vero septima medietas hoc modo coniungitur: cum in tribus terminis quemadmodum est maximus termin' ad vltimum: sic maximi ⁊ paruissimi termini differẽtia ad minorum differentiam terminorum. vt in hac dispositione. 6. 8. 9. Nouenarius igitur ad senarium sesqualter est. quorum est differentia ternarius. Minorum vo terminorum: idest octonarij ⁊ senarij binarius differentia est qui ad superiorem ternarium comparatus facit sesqualteram proportionem. Secunda vero inter quatuor: sed octaua in ordine proportionalitas est: quotiens in tribus terminis quemadmodum sunt extremitates ad se inuicem comparate: sic eorum differentia ad maiorum terminorum differentiam. vt sunt. 6. 7. Nouem igitur ad. 6. sesqualter est. ⁊ eorum differentia ternarius est qui comparatus contra maiorum differentiam: idest septenarij ⁊ nouẽarij q binarius est: reddit sesqualteram proportionem. Tertia vero inter has sequentes quatuor. nona autem in ordine proportio est: quando tribus terminis positis quam proportionem medius termin' ad paruissimũ custodit: eã retinet extremorum differentia ad minorum differentiam comparata. vt. 4. 6. 7. Eteniz. 6. ad. 4. sesqualter est. quorum est differentia binarius. septenarij vero ⁊ quaternarij ternarius differentia ẽ quem si ad superiorem binarium comparemus sesqualtera proportione coniungitur. Quarta vero que in ordine decima est consideratur in tribus terminis: cuz tali proportione medius termin' ad paruissimum cõparatur: quali extremorum differentia contra maiorum terminorum differentiam proportione coniungitur. vt sunt tres quinq; octo. Quinarius enim medi' terminus ad ternarium superbipartiẽs est. Extremorum vero differentia octonarii scilicet ⁊ ternarii quinarius. qui comparatus contra maiorum terminorũ differentiam scilicet quinarii ⁊ octonarii q est ternarius: ⁊ ipe quoq; superbipartiens inuenitur.

¶ Dispositio decem medietatuz. Capitulũ. liii.

D Isponamus igitur cunctas medietates in ordinẽ: vt cuiusmodi omnes sint facillime possint intelligi.

Arithmetica	Prima	1	2	3
Geometrica	Secunda	1	2	4
Armonica	Tertia	3	4	6
contraria armonice	Quarta	3	5	6
contraria geome.	Quinta	2	4	5
contraria geome.	Sexta	1	4	6
inter. 4. prima	Septima	6	8	9
inter. 4. secunda	Octaua	6	7	9
inter. 4. tertia	Nona	4	6	7
inter. 4. quarta	Decima	3	5	8

¶ De maxima ⁊ perfecta symphonia que tribus distẽditur internallis. Capitulum. liiii.

Restat ergo de maxima ꝑfectaq; armonia disserere. que tribus interuallis constituta magnam viz obtinet in musici modulaminis temperamentis: ⁊ in speculcatione naturalium questionum. Etenim perfectius huiusmodi medietate nihil poterit ĩueniri: que trib' interuallis producta perfectissimi corpis naturã substantiamq; sortita est. Hoc enim mõ cubũ quoq; trina dimẽsione crassatum: plenam armoniã esse monstrauimus: Hec autem hmõi inuenietur: si duobus terminis cõstitutis: qui ipsi trib' creuerit interuallis longitudine: latitudie: ⁊ profunditate: duo hmõi termini medii fuerit constituti: ⁊ ipsi trib' interuallis notati. qui vel ab equalibus per eq̃les equaliter sunt producti: vel ab inequalibus ad inequalia eq̃liter: vel ab inequalibus ad eq̃lia eq̃liter vel quolibet alio mõ atq; ita cũ armonicam ꝓportionẽ custodiant: alio tñ modo cõparati faciant arithmeticã medietatẽ: hisq; geometrica medietas que inter vtrasq; versat' deesse non possit. In quatuor enim terminis si fuerit quẽadmodũ prim' ad tertiũ. sic secũdus ad quartuz: proportionuz ratione. s. custodita: geometrica medietas explicatur. Et qd̃ continet' sub extremitatib' equum erit ei qd̃ sub vtraq; medietate ad seinuicez multiplicata conficitur. Rursus si maximus quatuor terminorũ numerus ad eum q sibi propinquus ẽ talẽ habeat differentiã qualez idez ipse maximo proprinquus ad paruissimũ huiusmodi proportio in arithmetica considerationе proponitur. Et extremorũ coniunctio duplex erit propria medietate. Si vero inter quatuor q est tertius terminus equa parte quarti quartũ terminuz superet: ⁊ equa primi a primo superet': armonica huiusmodi ꝓportio medietas ꝑspicitur: Et quod continetur

tinetur ſub extremorum aggregatione ⁊ multiplicatione medietatis duplex eſt eo quod ſub vtraq; extremitate conficitur. Sit autem quoddam huius diſpoſitionis exemplar hoc modo. 6.8.9.12. Has igitur omnes ſolidas quãtitates eſſe non dubium eſt. Sex enim naſcuntur ex vno bis ter. 12. autem ex bis duo ter. Horum autem medietates: octonarius fit ſemel duo quater. Nouenarius vero ſemel tres ter. omnes igitur termini cognati ſibi: ⁊ tribus interuallorum dimenſionibus notati ſunt. In his igitur geometrica proportionalitas inuenitur: ſi. 12. ad. 8. vel. 9. ad ſenarium comparemus. Utraq; enim comparatio ſeſqualtera proportio eſt. ⁊ quod continetur ſub extremitatibus idem eſt ei quod fit ex medijs. Namq; quod fit ex duodecies ſex: equum eſt ei quod fit ex octies. 9. Geometrica ergo proportio huiuſmodi eſt. Arithmetica autem eſt ſi duodenarius ad nouenarium: ⁊ nouenarius ad ſenarium cõparetur. In vtriſq; enim ternarius differentia eſt ⁊ iuncte extremitates medietate duple ſunt. Si enim iunxeris ſenarium ⁊ duodecies facies: 18. qui eſt nouenario medio termino duplus. In his ergo geometricam arithmeticam medietatem perſpeximus. Hic quoq; armonica medietas inuenit̃ ſi. 12. ad. 8. ⁊ rurſus. 8. ad ſenarium comparem⁹. qua enim parte ſenarij octonarius ſenariũ ſuperat: ideſt parte tertia: eadem duodenarij parte octonarius ſuperatur. Quatuor enim quib⁹ octonarius a duodenario vincitur: duodenarij tertia pars eſt. Et ſi extremitates iungas. 6. ſcilicet. ⁊. 12. eaſq; per octonarium medium multiplices. 144. ſunt. Quod ſi ſe extremitates multiplicent: ſex ſcilicet ⁊. 12. faciẽt. 72. quo numero. 144. duplus eſt. Inueniemus hic quoq; oẽs muſicas conſonantias. Mãq; 8. ad. 6. ⁊. 9. ad. 12. comparati ſeſquitertiam proportionem reddunt: ⁊ ſimul diateſſaron conſonantiam. Sex vero: ad. 9. vel. 8. ad 12. cõparati reddũt ſeſqualterã ꝓportionẽ. ſed diapẽte ſymphoniam. Duodecim vero ad ſenarium conſiderati duplicem proportionem: ſed diapaſon ſymphoniam canunt. Octo vero. ⁊. 9. ipſi contra ſe medij conſiderati epocdoum iungunt. qui in muſico modulamine tonus vocatur. q̃ olim muſicoꝝ ſonoꝝ mẽſura cõmunis ẽ. Olim. n. ẽ ſonus iſte paruiſſimus. Unde notũ eſt quod diateſſaron ⁊ diapẽte cõſonantiaꝝ tonos differentia eſt. ſicut inter ſeſquitertiam ⁊ ſeſqualterã proportionẽ ſola eſt epocdous differentia. Eius autem deſcriptionis ſubter exemplar adiecimus.

Proportionalitas geometrica.

Seſqualtere proportiones.



Extremorum mediorumq; multiplicationes

Proportionalitas arithmetica.

Differentie.

3 3



Extremitates iuncte ad nouenarium mediũ duple ſũt

Proportionalitas armonica.

Partes minoris maioriſq; terminorum.

2 4



Juncte extremitates ⁊ per medium multiplicate

Conſonantie muſice

Seſquitertia Seſquitertia

Epocdous

Diateſſaron Diateſſaron.



Dupla

Diapaſon

Finis Arithmetice:

Musica

Boetij de Musica liber primus. Proemium Musicam naturaliter nobis esse coniunctam: & mores vel honestare vel euertere.

Capitulum primum.

Omnium quidem perceptio sensuum ita sponte ac naturaliter quibusdam viuentibus adest: vt sine his animal non possit intelligi. Sed nõ eque eorundem cognitio: ac firma perceptio animi inuestigatiõe colligitur. Illaboratum ẽ enim: q̃ sensum percipiendis sensibilibus rebus adhibemus. Que vero sit ipsorum sensuũ secundum quos agimus: natura: & que rerum sensibilium proprietas: id non obuium neq̃ cuilibet explicabile esse potest: nisi quem conueniens inuestigatio veritatis contemplatione direxerit. Adest enim cunctis mortalibus visus: qui vtrum venientibus ad visum figuris: an ad sensibilia radijs emissis efficiatur: iter doctos: quidem dubitabile est: vulgum quoq̃ ipsa dubitatio preterit. Rursus cum quis triangulum respicit vel quadratum: facile id quod oculis intuetur: agnoscit. Sed quenam trianguli vel quadrati sit natura: a mathematico necesse est petat. Idemq̃ de ceteris sensib⁹ dici potest. maximeq̃ de arbitrio auriũ quarum vis ita sonos captat: vt non modo de his iudicium capiat: differentiasq̃ cognoscat: verum etiam delectetur sepius: si dulces coaptatiq̃ modi sint. angatur vero: si dissipati atq̃ incoherentes feriant sensum. Unde fit: vt cum sint quatuor matheseos disciplinę: cetere quidem ad inuestigationem veritatis laborent: Musica vero non modo speculationi: verum etiam moralitati coniuncta sit. Nihil est enim tam p̃prium humanitatis: q̃ remitti dulcibus modis: astringiq̃ contrariis. Idq̃ non modo se se in singulis vel studijs vel etatibus tenet: verum per cuncta diffunditur studia: & infantes: ac iuuenes: necnõ etiam senes ita naturaliter affectu quodam spontaneo modis musicis adiunguntur: vt nulla oino sit etas: que a cantilene dulcis delectatione seiuncta sit. Hic etiam internosci potest: q̃ non frustra a Platone dictum ẽ mundi animam musica conuenientia fuisse cõiunctã. Cum enim ex eo: quod in nobis est iunctũ conuenienterq̃ coaptatum: illud excipimus q̃ in sonis apte conuenienterq̃ coniunctũ est: eoq̃ delectamur. nos quoq̃ ipsos eadem similitudine compactos esse cognoscimus. Amica est enim similitudo. Dissimilitudo vero odiosa atq̃ contraria. Hinc etiam morum quoq̃ maxime permutationes fiunt. Lasciuus quippe animus vel ipse lasciuioribus delectatur modis: vel sepe eosdem audiens cito emollitur: ac frangitur. Rursus asperior mens vel incitatioribus gaudet. vel incitatioribus asperatur. Hinc est etiam q̃ modi musici gentium vocabulo designati sunt: vt lidius modus. & . phrygius. Quo enim quasi vnaquęq̃ gens gaudet: eodem modus ipse vocabulo nuncupatur. Gaudet enim gens modis morum similitudine. Neq̃ enim fieri potest: vt mollia duris: dura molliorib̃us adnectantur. aut gaudeant. Sed amorem delectationemq̃ (vt dictum est) similitudo conciliat. Unde Plato etiam maxime cauendus existimat: ne bene morata musica aliqd permutetur. Negat enim esse vllam tantam morum in repu. labem: quam paulatim de pudenti ac modesta musica inuertere. Statim enim idem quoq̃ audiẽtius animos pati: paulatimq̃ discedere nullumq̃ honesti ac recti retiere vestigiũ: si vel p lasciuiores modos inuerecundus aliquid vel per asperiores feror atq̃ immane mentibus illabatur. Nulla enim magis ad animum disciplinis via: q̃ q̃ auribus patet. Cum ergo per eas. Rithmi modiq̃ ad animum vsq̃ descenderint: dubitari non potest: quin eo modo mentes atq̃ ipsa sunt efficiant: atq̃ conforment. Id vero & intelligi in gentibus potest. Illam que asperiores sũt getarum: duriorib̃us delectantur modis. Que vero mãsuete mediocribus. q̃q̃ id hoc tempore pene nullum est. Quod vero lasciuum ac molle est genus humanũ id totum scenicis ac theatralibus modis tenet. Fuit vero pudens ac modesta Musica: dum simpliciorib⁹ organis ageretur. Ubi vero varie permixteq̃ tractata est: amisit grauitatis atq̃ virtutis modum: & pene in turpitudinem prolapsa minimũ antiquam speciem seruat. Unde Plato precipit minime oportere pueros ad omnes modos erudiri: sed potius ad valentes ac simplices. Atq̃ hic maxime illud retinendus est: q̃ si quoquo modo per paruissimas mutationes hinc aliquid permutaretur: recens quidem minime sentiri: post vero magnam facere differentiam: & per aures ad animum vsq̃ delabi. Iccirco magnam esse custodiam reipu. Plato arbitratur Musicam optime moratam: pudenterq̃ coniunctam ita: vt sit modesta ac simplex: & mascula: nec effeminata: nec fera: nec varia. Quod lacedomõij maxia ope seruauere. dũ apd̃ eos Taletas Cretensis gortin⁹ magno precio accitus pueros disciplina musice artis imbueret. Fuit enim id ãtiqs ĩ morẽ: diuq̃ ꝓmãsit. Quoniam vo eis thimotheus Milesius sup̃ eas: quas ante repererat: vnũ addidit neruũ: ac multipliciorẽ Musicam fecit: exegere de laconica. Cõsultũq̃ de eo factũ ẽ. Quod insigne ẽ spartiatarum lingua. s. litterã in. R. vertentium ip̃z de eo consultũ eisdẽ verbis grecis apposui.

Quod consultum id scilicet cõtinet. Iccirco Thimotheo Milesio Spartiatas succensuisse: q̃ multiplicem Musicã reddens puerorum animis: quos accepat erudiendos: officeret: & a virtutis modestia prepediret. & q̃ armoniã: quã modestã susceperat: in genus chromaticũ: qd̃ mollius est: inuertisset. Tãta igit̃ fuit apd̃ eos musice diligẽtia: vt eam aĩos quoq̃ obtinere arbitrarentur. Vulgatũ qppe est: q̃ q̃ sepe iracũdias cantilena repressерit: q̃ q̃ multa vel in corporũ: vel ĩ animorum affectionibus miranda perfecerit. Cui enim ẽ illud ignotũ: q̃ pythagoras ebrium adolescẽtẽ tauromenitanũ sub phrygii modi sono incitatũ spondeo succinente reddiderit mitiorem & sui compotem. Mã cũ scortũ

ent multa morta visu:

scortum in riualis domo esset clausum: atq; ille furēs vellet domum amburere. cumq; pythagoras stellarum cursus (vt ei mos nocturnus) inspiceret: vbi intellexit sono phrigij modi incitatum multis amicorū admonitionibus a facinore noluisse desistere: mutari modum precepit atq; ita furentis animum adolescentis ad statum mentis pacatissime temperauit. Quod scilicet. Mar. Tullius commemorat in eo libro: quem de consilijs suis composuit: aliter quidem: sed hoc modo. Sed vt aliqua similitudine adductus maximis minima conferam: vt cum vinolenti adolescentes tibiarum etiam cantu (vt fit) instincti mulieris pudice fores frangerent: admonuisse tibicinam vt ipondeum caneret: ⁊ Pythagoras dicitur. Quod cuz illa fecisset tarditate modorum ⁊ grauitate canentis illorum furentem petulantiam consedasse. Sed vt simulia breuiter exempla coquiram. Terpander: atq; Arion Methimneus lesbios: atq; iones grauissimis morbis cātus eripuere presidio. bismenias vero Theban⁹ boetiorum pluribus: quos sciatici doloris tormenta vexabant: modis cunctas fertur absterisse molestias. Sz etiam Empedocles cum eius hospitem quidam gladio furibundus inuaderet. q⁹ eius ille patrem accusatione damnasset: inflexisse modum dicitur canendi: itaq; adolescentis iracundiam temperasse. In tantuz vero prisce philosophie studijs vis musice artis innotuit: vt pythagorici cum diurnas in somno resoluerēt curas. quibusdam cantilenis vterentur: vt ꝗs lenis ⁊ quietus sopor irreperet. Itaq; expereci alijs quibusdam modis stuporem somni confusionemq; purgabant. Id nimirum scientes: q⁹ tota nostre anime corporisq; compago musica coniuncta sit. Nam vt sese corporis affectus habet: ita etiam pulsus cordis motibus incitantur. Quod scilicet Democritus Hypocrati medico tradidisse fertur: cum cum quasi insanum cunctis Democriti ciuibus id opinantibus ī custodia medendi causa viseret. Sed quorsum ista. Quia non dubitari: quin nostre anime ⁊ corporis status eisdem quodammodo proportionibus videatur esse compositus: quibus armonicas modulatiōes posterior disputatio coniungi copulariq; monstrabit. Inde est enim q⁹ infantes quoq; Cantilena Dulcis oblectat. Aliquid vero asperum: atq; immite ab audiēdi voluptate suspendit. Nimirum id etiam omnis etas patitur: omnisq; sexus. Que licz sitis actibus distributa sint: vna tamen Musice delectatione coniuncta sunt. Quid enim fit: cum in fletibus luctus ipsos modulantur dolentes Quod maxime muliebre est: vt cum cantico quodam dulcior fiat causa flendi. Id vero etiam fuit antiquis in morem: vt cantus tibie luctibus preiret. Testis est Papinius Statius hoc versu. Cornu graue mugit adunco tibia: cui teneros suetum producere manes. ⁊ qui suauiter canere non potest: sibi tamen aliquid canit: non quod cum aliqua voluptate afficiat id quod canit: sed q⁹ quandam insitam dulcedinem ex animo proferentes quoquomodo proferant: delectantur. Nonne etiam illud manifestum est: in bellum pugnātium animos tubarum carmine accendi. Quod si verisimile est ab animi pacato statu quemq; ad furorez atq; iracundiam posse proferri. Non est dubium. q⁹ conturbate mentis iracundiam: vel nimiam cupiditatem modestior modus possit astrigere. Quid q⁹ cū aliquis cantilenam libentius auribus atq; animo capit ad illud etiam non sponte conuertitur: vt motum quoq; aliquem similem audite cantilene corpus effingat: ⁊ q⁹ omnino aliquod melos auditum sibi memor animus ipse decerpat. Vt ex his omnibus perspicue: nec dubitanter appareat ita quidem nobis musicam naturaliter esse coniunctam: vt ea ne si velimus quidem: carere possimus. Quocirca intendenda vis mētis est: vt id quod natura est insitum. Scientia quoq; possit comprehensum teneri. Sicut enim in visu quoq; non sufficit eruditis colores formasq; conspicere: nisi etiam que sit horum proprietas: inuestigauerint. Sic non sufficit cantilenis musicis delectari: nisi etiaz quali inter se coniuncte sint vocum proportiōe discat.

Tres esse Musicas: in quo de vi Musice narratur. Capitulum. ij.

Principio igitur de Musica disserenti illud interim dicendum videtur: quot Musice genera ab eius studiosis comprehensa esse nouerimus. Sunt autem tria. Et prima quidem mundana est. Secunda vero humana. Tertia que in quibusdam constituta est instrumētis: vt in Cytbara vel tibijs: ceterisq; que cātilene famulantur. Et primuz ea que est mundana: in his maxime perspicienda est: que in ipso celo vel cōpage elementorum: vel temporum varietate visuntur. Qui enim fieri potest: vt tam velox celi machina tacito silētiq; cursu moueatur. Et si ad nostras aures sonus ille non peruenit. Quod multis fieri de causis necesse est non poterit tamen motus tam velocissimus vti magnorum corporum nullos omnino sonos ciere: cum p̄ sertim tanta sint stellarum cursus coaptatione coniūcti: vt nihil eque compaginatum: nihil ita commixtuz intelligi possit. Namq; alij excelsiores: alij inferiores feruntur: atq; ita omnes equali incitatiōe voluuntur vt per dispares inequalitates ratus cursuum ordo ducatur. Unde non potest ab hac celesti vertigine ratus ordo modulationis abfistere. Jam vero quatuor elementorum diuersitates contrariasq; potentias: nisi q̄dam armonia coniungeret. qui fieri posset: vt in vnū corpus ac machinam conuenirent. Sed hec omnis diuersitas ita ⁊ temporum varietatem parit ⁊ fructuū vt tamen vnuz anni corpus efficiat. Unde si quid horum: que tantam varietatem rebus ministrant: animo ⁊ cogitatione discerpas: cuncta pereant: nec (vt ita dicam) consonum quicq̄z seruent. Et vt in graui bus cordis hic vocis modus est: vt non ad taciturnitatem grauitas vsq; descendat: atq; in acutis ille custoditur acuminis modus: ne nerui nimium tensi vocis tenuitate rumpantur: sed totum sibi sit consentaneū atq; conueniens. Ita etiam in mundi Musica peruidemus nihil ita esse nimium posse: vt alteruz propria nimietate dissoluat. Verum quicquid illud ē: aut suos affert fructus: aut alijs auxiliatur: vt afferant. Nam quod constringit hiems: ver laxat: torret estas maturat autumnus: temporaq; vicissim vel ipsa suos afferunt fructus vel alijs vt afferant subministrant. De qb⁹ posterius studiosius disputandū est. Hūanā vō musicā qsqs in sese ipsum descendit: intelligit. Quid ē.n. q⁹ illam īcorporeā rōnis vivacitatem corpori misceat: nisi q̄dam coaptatio: ⁊ veluti grauium leuium q̄z vocū q̄si vnā cōsonantiam efficiens temperatio. Quid est autem aliud q⁹ ipsius inter se partes anie ꝯiūgat: que (vt Aristoteli placet) ex ratiōabili irratiōnabiliq; coniuncta est. Quid vero q⁹ corporis clemēta permisceat: aut partes sibimet rata coaptatione

contineat. Sed de hac quoqz posterius dicam. Tertia est Musica que in quibusdam consistere dicitur instrumentis. Hec vero administratur aut intentione: vt neruis: aut spiritu vt tibijs: vel his que ad aquaz mouentur aut percussione quadam vt in his: que in concaua quedam virga erea feriuntur: atqz inde diuersi efficiuntur soni. De hac igitur instrumentorum Musica primum hoc opere disputandum videtur. Sed proemij satis est. Nunc de ipsis Musice elementis est differendum.

De vocibus ac de Musice elementis.
Capitulum. iii.

Consonantia: que omnem musice modulationem regit: preter sonum fieri non potest. Sonus vero preter quendam pulsum percussionemqz non redditur. Pulsus atqz percussio nullo modo esse potest: nisi p̃cesserit motus. Si enim cuncta sint immobilia: non poterit alterum alteri concurrere: vt alterum impellatur ab altero. Sed cunctis stantibus motuqz carentibus nullum fieri necesse sonum. Iccirco diffinitur sonus percussio aeris indissoluta vsqz ad auditum. Motuum vero alij sunt velociores: alij tardiores: eorumdemqz motuum alij sunt rariores: alij spissiores. Nam si quis in continuum motum respiciat: ibi aut velocitatem aut tarditatem necesse est comprehendat. Sin vero quis moueat manuz: aut frequenti eã mouebit motu: aut raro. Et si tardus quidem fuerit ac rarior motus: graues necesse est sonos effici ipsa tarditate: ⁊ raritate pellendi. Sin vero sint motus celeres ac spissi: acutos necesse est reddi sonos. Iccirco enim idem neruus si intendatur amplius: acutum sonat. Si remittatur graue. Quando enim tensior est: velociorem pulsum reddit: celeriusqz reuertitur: ⁊ frequentius ac spissius aerem ferit. Qui vero laxior est solutos ac tardos pulsus effert: rarusqz imbecillitate feriendi nec diutius tremit. Neqz enim quotiens pellitur corda: vnus edi tantum putandus est sonus: aut vnam in his esse percussionem: sed totiens aer ferit: quotiens eum corda tremebunda percusserit. Sed quoniam iuncte sunt velocitates sonorum: nulla intercapedo auribus sentitur. Et vnus sonus sensum pellit vel grauis: vel acutus: quamuis vterqz ex pluribus constet: grauis quidem ex tardioribus ⁊ rarioribus: acutus vero ex celeribus ac spissis. veluti si conũ: quẽ turbonem vocant: quis diligenter exornet: eiqz vnã virgulã coloris rubri vel alterius ducat: ⁊ cuz qua potest celeritate conuertat: tunc totus conus rubro colore videtur infectus. Non quo tot' ita sit. Sed q̃ partes puras rubre virge velocitas comprehendat: ⁊ apparere non sinat. Sed de his posterius. Igitur quoniam acute voces spissioribus ⁊ velocioribus motib' incitantur. Graues vero tardioribus ac raris. Liquet additione motuum ex grauitate acumen intendi. detractione vero motuum laxari ex acumine grauitatem. ex pluribus enim motibus acumen q̃z grauitas constat. In quibus autem pluralitas differentiam facit. eam necesse est in quadam numerositate consistere. omnis vero paucitas ad pluralitatem ita sese habet: vt numerus ad numerum comparat'. Eorum vero que secundum numerum conferuntur: partim sibi sunt equalia: partim inequalia. Quocirca soni quoqz partim sunt equales: partim vero sunt ineq̃litate distantes. Sed in his vocib', que nulla inequalitate discordant: nulla omnino consonantia est. ⁊ enim consonantia est dissimilium inter se vocum in vnum redacta concordia.

De speciebus inequalitatis.
Capitulum. iiii.

Ue vero sunt inequalia: quinqz inter se modis inequalitatis momẽta custodiunt. Aut enim alterum ab altero multiplicitate transcenditur aut singulis partibus: aut pluribus: aut multiplicitate ⁊ parte: aut multiplicitate ⁊ partibus. Et primum quidem inequalitatis genus multiplex appellatur. Est vero multiplex: vbi maior numerus minorem numerum habet in se totum vel bis: vel ter. vel quater: ac deiceps: nihilqz deest: nihil eruberat: appellaturqz vel duplum vel triplum vel quadruplum. atqz ad hunc ordinem in infinita progreditur. Secundum vero inequalitatis genus est: quod appellatur superparticulare: idest cum maior numerus minorem numerum habet in se totũ ⁊ vnam eius aliquam partem: eamqz vel dimidiam: vt tres duorum: ⁊ vocatur sesqualtera proportio: vel tertiam: vt quatuor ad tres: ⁊ vocatur sesquitertia. Adhunc etiam modum in posterioribus numeris ps aliqua a maioribus super minores numeros continetur. Tertium vero genus inequalitatis est: quotiens maior numerus totum intra se minorem continet: ⁊ eius aliquantas insuper partes. ⁊ si duas quidem supra continet. vocabitur proportio superbipartiens: vt est quinqz ad tres. Sin vero tres super se continet vocabitur supertripartiens: vt sunt septem ad quatuor. Et in ceteris quidem eadem similitudo esse potest. Quartum vero inequalitatis est genus: quod ex multiplici: ⁊ superparticulari coniũgitur: cum scz maior numerus hz in se minorem numerum vel bis: vel ter: vel quotienslibet atqz eius vnam partem aliquã. Et si eum bis habet: ⁊ eius dimidiã partẽ: vocabitur duplex sesq̃lter: vt sunt quinqz ad duo. Sin vo bis minor ꝯtinebit: ⁊ eius tertia pars: vocabit duplex sesquiterti': vt sũt septẽ ad tres. Sin vero tertio ꝯtinebitur: ⁊ eius dimida pars: vocabitur triplex sesqualter: vt sunt septem ad duo. Atqz ad eundem modum in ceteris ⁊ multiplicitatis: ⁊ superparticularitatis vocabula variantur. Quintum est genus inequalitatis: quod appellatur multiplex superpartiens: quando maior numerus minorem numerum habet in se totum plusq̃z semel: ⁊ eius plusq̃z vnam aliquam partem. Et si bis maior numerus minorem numerum cõtinebit: duasqz eius insuper partes: vocabitur duplex superbipartiẽs: vt sunt tres ad octo. ⁊ rursus triplex superbipartiens: vt sunt tres ad vndecim. Ac de his iccirco nunc strictim ac breuiter explicamus: quoniam in libris: quos de Arithmetica institutione conscripsimus: diligentius enodauimus.

Que inequalitatis species consonantijs aptentur.
Capitulum. v.

Ex his igitur inequalitatis generib' postrema duo quoniam ex superiorib' mixta sũt relinquamus. De tribus vero prioribus speculatio facienda est. Optinere igitur maiorẽ ad consonantias potestatez videtur multiplex: consequenter autẽ superparticularis. Superpartiens vero ab armonie concinentia separatur: vt quibusdam preter Ptolomeum videtur.

Cur

¶Cur multiplicitas: ⁊ superparticularitas consonātijs deputentur.

Capitulum.vi.

Ea namq; probantur comparationi consentanea que sunt natura simplicia Et quoniā grauitas ⁊ acumen in quantitate consistūt ea maxime videbuntur seruare naturam concinentie que discrete proprietatem quātitatis poterunt custodire. Nam cum sit alia quidem discreta quantitas: alia vero continua: ea que discreta est. in minimo quidem finita est: sed in infinitum per maiora procedit. Namq; in ea minima vnitas eademq; finita est. In infinitum vero modus pluralitatis augetur: vt numerus qui cum a finita incipiat vnitate: crescendi non habet finē. Rursus que est continua: tota quidem finita est: sed per infinita minuitur Linea enim que continua est: infinita semper partitione diuiditur. Cum sit eius summa vel pedalis vel que cunq; alia definita mensura. Quocirca numerus semper in infinita crescit: continua vero quantitas in infinita minuitur. Multiplicitas igitur quoniam crescendi finem non habet: numeri maxime seruat naturam Superparticularitas autem: quoniam in infinitum minorem minuit proprietatem seruat continue quantitatis. Minuit autem minorem: cum semper eum cōtinet. ⁊ eius vel dimidiam partem: vel tertiam: vel q̄rtam. vel quintam. Nam semper pars a maiore numero denominata ipsa decrescit. Nam cum tertia a tribus denominata sit: quarta vero a quatuor: cum quatuor tres superent: quarta potius q̄ tertia minutior īuenitur. Superpartiens vero iam quodāmodo a simplicitate discedit. Duas enim vel tres vel quatuor habet insuper partes: ⁊ a simplicitate discedens eruberat ad quandam partium pluralitatē. Rursus multiplicitas omnis in integritate se continet. Nam duplum bis habet totum minorem. Triplum item tertio continet totum minorem: atq; ad eundem modum cetera. Superparticularitas vero nihil integrum seruat: sed vel dimidio superat: vel tertia: vel quarta: vel quinta. Sed tamen diuisionem singulis ac simplicib⁹ partibus operatur. Superpartiens autem inequalitas nec seruat integrum: nec singulis adimit partes. Atq; ideo secundum. Pythagoricos minime musicis consonātijs adhibetur. Ptolomeus tamen etiā hāc proportionē īter consonātias ponit: vt posteri⁹ ostēdā.

¶Que proportiones quibus consonātijs musicis aptē tur.

Capitulum.vii.

Illud tamen esse cognitum debet: q̄ omnes musice consonantie aut in duplici. aut in triplici: aut ī quadrupla: aut ī sesqualtera: aut in sesquitertia proportione cōsistant. Et vocabitur quidem que in numeris sesquitertia est: diatessaron. Que in numeris sesqualtera: Diapente appellatur in vocibus. Que in proportionibus dupla est: diapason in consonantijs. Tripla vero diapente: ac diapason. Quadrupla autem bisdiapason. Et nunc quidem vniuersaliter: atq; indiscrete dictum sit. Posterius vero omnis ratio proportionū lucebit

¶Quid sit sonus: quid interuallum: quid concinentia.

Capitulum.viij.

Sonus igitur est vocis casus emmelesideest aptus melo in vnam intensionem. Sonum vero non generalem nunc volumus diffinire. Sed eum qui grece dicitur phthongus dictus a similitudine loquēdi φθέγγε σθαι. Interuallum vero est soni acuti grauisq; distātia. Consonantia est acuti soni grauisq; mixtura suauiter vniformiterq; auribus accidens. Dissonātia vero est duorum sonorum sibimet permixtorum ad aurem veniens aspera: atq; iniocunda percussio. Nam dum sibimet misceri: nolunt: ⁊ quodammodo integer vterq; nititur peruenire: cunq; alter alteri officit: ad sensum vterq; insuauiter transmittitur.

¶Non omne iudicium dandum esse sensibus: sed amplius rationi esse credendum: in quo de sensuum fallacia.

Capi.ix.

Ed de his ita proponimus: vt nō omne iudicium sensibus demus: quāq̄ a sensu aurium huiusce arti sumatur omne principiū Nam si nullus esset auditus: nulla omnino disputatio de vocibus extitisset. Sed principium quodammodo: ⁊ quasi admonitionis vicem tenet audit⁹ Postrema vero perfectio: agnitionisq; vis in ratione consistit: que certis regulis sese tenens nullo vnq̄ errore prolabitur. Nam quid diutius dicendum est de errore sensuum: quando nec omnibus eadem sentiendi vis: nec eidem homini semper equalis est. Frustra autem vario iudicio quisq̄ committet: quod veraciter affectat inquirere. Iccirco Pythagorici medio quodam feruntur itinere. Nam nec omne iudiciū dedunt auribus: ⁊ quedam tamen ab eis nō nisi aurib⁹ explorantur. Ipsas ⁊ enī consonātias aure metiūtur. Quibus vero inter se distantijs consonantie differāt id iam non auribus: quarum sunt obtusa iudicia: sed regulis rationiq; permittunt: vt quasi obediens quidam. famulusq; sit sensus. Iudex vero atq; imperās ratio. Nam licet omniū pene artium atq; ipsius vite momenta sensuum occasione producta sint: nullum tamen in his iudicium certum: nulla: veri comprehensio: si arbitrium rationis abscedat. Ipse enim sensus eque maximis minimisq; corrumpitur. Nam neq; minima sentire propter ipsorum sensibilium paruitatem potest: ⁊ maioribus sepe confunditur. Ut in vocibus que si minime sint: difficilius captat audit⁹: si sint maxime: ipsius sonitus intentione surdescit.

¶Quemadmodum Pythagoras proportiones consonantiarum inuestigauerit

Capitulum.x.

Hec igitur maxime causa fuit: cur relicto aurium iudicio. Pythagoras ad regularum momenta migrauerit: qui nullis humanis auribus credens: que partim natura: partim etiam extrinsecus accidentibus permutantur: partim ipsis variantur etatibus: nullis etiam deditus instrumentis: penes que sepe multa varietas atq; inconstantia nasceretur: dum nunc quidem si neruos velis aspicere: vel aer humidior pulsus obtundere vel siccior excicaret: vel magnitudo corde grauiorem redderet sonum: vel acumen subtilior tenuaret: vel alio quodammodo statum prioris constantie mutaret: ⁊ cum idem esset in ceteris īstrumētis: oia hec inconsulta mimeq; estimans fidei diu estuans ingrebat: qua nam rōne firmiter ⁊ constanter consonantiarū momēta p̄disceret. Cū īterea diuino quodā nutu p̄teriēs fabrorū officinas pulsos malleos exaudiuit ex diuersis sonis vnam quodāmodo concinentiā personare. Ita igitur ad id quod diu inquirebat. attonitus accessit ad op⁹. Diuq; considerans arbitratus est diuersitatē sonorū ferientiū vires efficere. Atq; vt id apertius colliqueret: mutarent inter se malleos impe

ra..ur. Sed sonorum proprietas non in hominum lacertis herebat: sed mutatos malleos comitabat. Ubi igitur id animaduertit: malleorum pondus examinat Et cum quinq; essent sorte mallei: dupli reperti sunt pondere: qui sibi secundum diapason consonantiam respondebant. Eundem etiam qui duplus esset alio sesquitertium alterius comprehendit ad quem scilicet diatessaron sonabat. Ad alium vero quendam: qui eidem diapente consonantia iungebatur. eundem superioris duplum reperit esse sesqualterum. Duo vero hi: ad quos superior duplex sesquitertius ⁊ sesqualter esse probatus est. ad se inuicem sesquioctauas proportionem perpensi sunt custodire. Quintus vero est reiectus: qui cunctis erat inconsonans. Cum igitur ante Pythagoram consonantie musice partim diapason: partim diapente: partim diatessaron: que est consonantia minima: vocarentur. Primus Pythagoras hoc modo reperit: qua proportione sibimet hec sonorum corda iungeretur. Et vt sit clarius. quod dictum est. Sint verbi gratia malleorum quattuor pondera que subter scriptis numeris contineantur. 12. 9. 8. 6 Hi igitur mallei: qui. 12. ⁊. 6. ponderibus vergebāt: diapason in duplo concinentiam personabant. Malleus vero. 12. ponderum ad malleum. 9. Et malleus. 8. ponderum ad malleum. 6. ponderum secundū epitritam proportionem diatessaron consonantia iungebatur. Nouem vero ponderum ad. 6. ⁊. 12. ad. 8. diapente consonantiam permiscebant. Nouem vero ad 8. in sesquioctaua proportione resonabant tonum.



¶ Quibus modis varie a Pythagora proportiones consonantiarum perpense sint.

Capitulum. xi.

Hinc igitur domus reuersus varia examinatione perpendit. an in his proportionibus ratio symphoniax tota consisteret. Nunc quidem equa pondera neruis aptans. Eorumq; consonantias aure diiudicans. Nūc vero in longitudine calamorum duplicitatem medietatemq; restituens: ceteraq; proportiones aptans integerrimam fidem diuersa experientia capiebat. Sepe ⁊ pro mensurarum modo cyathos equorus ponderum acetabulis immitens. Sepe ipsa quoq; acetabula diuersis formata ponderibus virga erea ferreaue percutiens nihil esse diuersum inuenisse letatus est. Hic etiam ductus longitudinem crassitudinemq; cordarum vt examinaret aggressus est. Itaq; inuenit regulam: de qua posterius loquemur: que ex re vocabulum sumpsit: non q; regula sit linea: per quam magnitudines cordarum sonumq; metitur: sed q; regula q̄dam sit huiusmodi inspectio fixa firmaq; vt nullum inquirentem dubio fallat iudicio.

¶ De diuisione vocū: earumq; explanatione.

Capitulum. xii.

Sed de his hactenus. Nunc vocum differētias colligamus. Omnis enim vox aut syneches est: que continua: aut diastematice q̄ dicitur cum interuallo suspensa. ⁊ continua quidem est. qua loquentes: vel prosam orationem legentes verba percurrimus. festinat enim tūc vox non herere in acutis ⁊ grauibus sonis: sedq; velocissime verba percurrere expediendisq; sensibus: exprimendisq; sermonibus continue vocis impet' opātur. Diastematice autem est ea: quam canendo suspēdimus: in qua non potius sermōibus: sed modulis inseruimus. Estq; vox ipsa tardior: ⁊ per modulandas varietates quoddam faciens interuallum: nō tacitur nitatis: sed suspense ac tarde potius cantilene. His (vt albinus autumat) additur tertia differentia: que medias voces. possit includere: cum sc̄ heroum poemata legimus: neq; continuo cursu: vt prosam: neq; suspenso segnioriq; modo vocis: vt canticum:

¶ Quod infinitatem vocum humana natura finierit.

Sed que continua vox est: ⁊ ea rursus qua decurrimus cantilenam: naturaliter quidem infinite sunt. Consideratione enim accepta nullus modus vel euoluendis sermonibus fit: vel acuminibus attollendis: grauitatibusq; laxandis. Sed vtrisq; natura humana fecit ꝓprium finem. Continue enim voci terminum humanus spiritus fecit: vltra quem nulla ratione valet excedere. tātū enim vnusq;sq; loquitur continue: quantum naturalis spiritus sinat. Rursus diastematice voci natura hominum terminum facit que acutam eorum vocem grauemq; determinat. Tm̄ enim vnusquisq; vel acumen valet extollere: vel deprimere grauitatem: quantū vocis eius naturaliter patit̄ mod'.

¶ Quis modus sit audiendi.

Capitulum. xiiii.

Nunc quis modus audiendi sit: disseramus Tale enim quiddam fieri consueuit in vocibus: quale cū paludibus vel quietis aqs iactum eminus mergitur saxus. Prius. n. in paruissimum orbem vndam colligit. deinde maioribus orbibus vndarum globos spargit atq; eo vsq;. dum fatigatus motus ab eliciendis fluctibus conquiescat. Semperq; posterior. ⁊ maior vndula pulsu debiliore diffunditur. q; si quid sit: quod crescentes vndas possit offendere: statim ille motus reuertitur: ⁊ quasi ad centrum. vnde profectus fuerat: eisdem vndulis rotundatur. Ita igitur cum aer pulsus fecerit sonum: pellit alium proximum: ⁊ quodam modo rotundum fluctum aeris ciet. Itaq; diffundit ⁊ omnium circunstantium simul ferit auditum. atq; illi est obscurior vox: qui longius steterit quoniam ad eum debilior pulsi aeris vnda peruenit.

¶ De

Nota quod tong nõ propie est consonatia et idcꝰ Sygig dixerat (ꝛ assera Diatessaron ꝛ minimꝰ consonatiaꝰ et quod quatꝛ sit nõ apaza et Dif ꝛ no ne Sygig asignat)

De ordine theorematum.i.speculationum.

Capitulum.xv.

Is igitur ita positis dicendum videtur:quot
b generibus ois cantilena teratur:de quib'ar-
monice inētiōis disciplia ꝗsiderat. Sunt aūt
hec Diatonicum: Cromaticū enarmonicū. De qbus
ita demū explicādū ē:si pri' de tetracordis disseram'
ꝛ quēadmodum auctus neruorum numer' ad id quo
nunc pluralitas est: vsqꝫ peruenerit. Id autem fiet.
Si prius commemoremus:quibus proportiōib' sym-
phonie musice misceantur.

De consonantijs proportionum:ꝛ tono:ꝛ semitonio

Capitulum. xvi.

Diapason consonantia est:que fit i duplo vt
hec est.i.2.Diapente vo que constat bis nu
meris.2.3.Diatessaron vero est:que i hac
proportione consistit.3.4.Tonus vero ses
quioctaua proportione concluditur. Sed i
hoc nōdū cōsonantia: vt.8.9.Diapason vero ꝛ dia-
pente tripla comparatione colligitur hoc modo.2. 4.
6.Bisdiapason quadrupla collatiōe perficitur.2. 4.
8.Diatessaron vero ac diapente vnuꝫ perficiunt dia
pason hoc modo .2 .3.4.













Is illud addendus est duos primos supparticulares primam efficere multiplicem proportionem.vt si sesqualter ⁊ sesquiterti⁹ cōiungantur duplicem creant.Sint enim numeri.ii.iii.iiii.iii.ad.ii.sesqualter est.iiii.ad iii.sesquitertius quatuor ad duo duplus.Rursus primus multiplex primo additus superparticulari secundum multiplicem creat.Sint enim numeri.ii.iiii. vi. iiii.namq; ad.ii.duplex est.primus scz multiplex . vi. ad.iiii.sesqualter.qui est prim⁹ superparticularis.vi. ad duo triplus.qui secundus est multiplex.q̃ si triplū sesquitertio addas : quadruplus efficitur . Atq; in hunc modum iunctis proportionibus multiplicius ac supparticularium:in infinitum multiplices p̃creant.

De arithmetica geometrica armōica medietate.c.xii.

Uoniam vero de p̃portionibus que erāt interim tractanda prediximus:nunc de medietatibus est dicēdum. ¶Proportio enim est duorus terminorum ad se quedam comparatio:terminos āt voco numerorum summas:¶Proportionalitas est eārum proportionum collectio. ¶Proportionalitas vero in tribus terminis minima constat.Constat autē plerumq; in pluribus. vt in quatuor vel in sex terminis Cum enim primus ad secundum terminus eādem retinet proportionē:quam secundus ad tertium : dicit hec proportionalitas.Estq; inter tres terminos medius.qui secundus est.has igitur proportiones medii termini coniungentis:trina partitio est.Aut enim eā est differentia minoris termini ad medium: ⁊ medii ab maximum Sed non equa proportio vt in his numeris.i.ii.iii.inter vnum quippe ac duo ⁊ inter duo ⁊ tres tantum vnitas differentiam tenet. Non est āt equa proportio.Duo quippe ad vnum dupli sunt.ternarius ad duo sesqualter.Aut ē eā proportio in vtrisq;:non vero equalibus differentiis constituta .vt in his numeris.i.ii.iiii. Nam duo ad vnuz ita sūt dupli quemadmodum quaternarius ad binarium. Sed inter quaternarium binariumq; binarius: inter binarium atq; vnitatem vnitas differentiaz facit.Est vero tertium medietatis genus quod neq; eisdem proportionibus neq; eisdem differentijs constat. Sed quemadmodum se habet maximus terminus ad minimum:ita se se habet maiorum terminorum differentia ad minorum differentiam terminorum vt in his numeris.iii . iiii . vi. Nam sex . ad . iii. duplus est . inter sex vero.⁊.iiii.binarius est. Inter . iiii. vero ac.iii. vnitas.Sed binarius cōparatus ad vnitatem:rursus duplus est:ergo vt est maximus termin⁹ in numeris ad minimum ita maiorum differentia ad minorum differentiam terminorum.Uocatur igitur illa medietas:in qua eque sunt differentie:arithmetica. Illa vero in qua eque proportiones: geometrica. Illa autem quam tertiam descripsimus armonica. Quarum hec subiciamus exempla.

Arithmetica			Geometrica			Armonica		
i	ii	iii	i	ii	iii	iii	iiii	vi
eque dīie			eque ꝓportōes			diuersē dīie:⁊ ꝓpor.		

¶Non vō ignoramus alias quoq; esse proportionum medietates:quas quidem in arithmetica diximus.ſz ad presentem tractatum he sunt interim necessarie. Sed iter has tres medietates proportionalitas qdez proprie.⁊ maxime geometrica nuncupat iccirco qm̄ equis proportionibus tota contexitur.Sed tñ eodem vtemur promiscue vocabulo proportiōalitates etiā ceteras nuncupantes .

¶De continuis medietatibus ⁊ disiunctis.ca.xiii.

Sed in his alia continua est proportionalitas.Alia disiuncta.Continua quidem vt superius disposuimus. Unus enim idemq; numerus medius :nunc quidem maiori.Supponitur :nunc q̃dem minori preponitur.Quotiens vero duo sunt medii tunc disiuncta proportionalitas nūcupatur:vt in geometrica hoc modo.i.ii.iii.vi.Nam vt est binarius ad vnitatem.ita senarius ad ternariū ⁊ vocatur hec disiuncta proportionalitas. vnde intelligi potest continuam quidem proportionalitatem. In trib⁹ ⁊ minimis terminis inueniri.Disiuncta vō in.iiii.pōt autem in.iiii.⁊ in pluribus continua esse proportionalitas.siquidem hoc modo sit.i.ii.iiii.viii. xvi.Sed hic non erunt duo proportiones sed plures. semperq; vna minus:quā sint termini constituti.

¶Cur ita appellate sint digeste superius medietates.

Capitulum.xiiii.

Circo autem vna eorum medietas arithmetica nuncupatur:quod inter terminos Secundum numerum equa est differentia Geometrica vero secunda dicitur:quod similis est qualitas proportionis. Armonica

autem vocatur: quoniam ita coaptata est: vt si differē tijs ac terminis equalitas proportionuz consideretur Et de his quidem diligentius in arithmeticis disputatum est. nunc vero vt commemoremus: tantuz ista percurrimus.

¶ Quemadmodum ab equalitate supradicte processerant medietates. Capitulum. xv.

Sed paulisper quemadmodū iste ꝓportionalitates ab equalitate procreantur: dicēdum est. ¶ Predictum est enim q̄ in numero valet vnitas. Idem in proportionibus equalitatem valere. Et sicut numeri caput est vnitas ita proportionum equalitatem esse principium. Quo circa hoc modo arithmetica medietas ab equalitate nascetur. positis enim tribus equis terminis. Hi duo modi sunt: quibus hec proportionalitas producatur ¶ Ponatur enim primus primo equus. Secundus primo ⁊ secundo. Tertius primo secundo ac tertio. Quod hoc monstratur exemplo. Sint vnitates tres ¶ Ponatur igitur primus primo equus idest vnus. Secundus primo ac secundo. idest duo. Tertius primo secundo ac tertio idest tres. eritq̄z dispositio talis.

i	i	i
i	ii	iii

¶ Rursus tres sint binarii inequalitate constituti. ii. ii. ii. ponatur primus primo equus. idest. ii. Secundꝰ primo ⁊ secundo idest. iiii. Tertius primo secundo ac tertio idest. vi. ⁊ erit dispositio hec.

ii	ii	ii
ii	iiii	vi

¶ Sed in his hoc speculandū est q̄ si vnitas fuerit ad equalitatis principium constituta: vnitas etiam erit in differentiis numeroruz: ipsi vero numeri inter se nullum intermittunt. Si vero binarius teneat equalitatem: binarius est differentia ⁊ vnus inter terminus semper numerus intermittitur. Sin vero ternarius: idez differentia est inter terminos vero duo naturaliter cōstituti intermittūtur Ac deinceps ad hūc modum. Est etiam alia proportionalitatem arithmetica procreandi via. ponantur enim tres eq̄ termini: constituaturq̄z primus primo ac secundo equus Secundus primo ac duobus secundis. Tertius primo ⁊ duobus secundis ac tertio: vt si sint tres vnitates. Sit primo primo ac secundo equus idest. ii. Secūdꝰ vero primo ac duobus secundis idest. iii. Tertius ātꝰ primo duobus secundis ac tertio. Idest quatuor.

i	i	i
ii	iii	iiii

¶ Hic igitur terminorum differentiam vnitas tenet. inter binarium enim ⁊ vnitatem atq̄z inter ternariū ac binarium. Vnitas intereſt. Nullus vero naturalis numerus intermittitur. ¶ Post vnitatez enī mox binarius est: ac post binarium ternarius: naturaliter constitutus idem rursus in binario fiat. Sintq̄z tres binarii. ⁊ sit primus primo ac secundo equus. i. quaternarius. Secundus vero primo ⁊ duobus secūdis. idest senarius. Tertius autem primo duobus secundis ac tertio idest octonarius.

ii	ii	ii
iiii	vi	viii.

¶ Hic quoq̄z binarius tenet differentiam terminorum vno inter eos naturaliter intermisso. Nam inter. iiii. ⁊. vi. quinarius naturaliter intermittitur. inter. vi. atq̄z. viii. Septenarius collocatur. Quod si ternarius equalitatis principium sit: fiet ternarius differentia verbi gratia. Sint termini tres ad regulas superiorum subtus.

iii	iii	iii
vi	ix	xii

¶ In his ergo ternarius est differentia ⁊ duo numeri intermissi idest vno minus q̄z sit differentia semp numeris intermissis. Atq̄z idem ⁊ in quaternario. quinarioq̄z perspicitur: Et que nos propter breuitatem tacemus. Isdem regulis ex semetipso diligens lector inueniet. Geometrica vero ꝓportionalitas tunc quēadmodum inueniri ab equalitate possit ostendimꝰ: quando quemadmoduz ab equalitate omnis inequalitas profluit monstrabamus. Nisi tamen fastidium est nunc quoq̄z breuiter repetendum est. Constitutis enim tribus equis terminis ponatur primus primo equus. Secundus primo ac secundo. Tertio prio duobus secundis ac tertio. Idemq̄z fiat continue atq̄z ita ex equalitate: geometrica proportionalitas principiū sumat. Sed de harum proportionum proprietatibus q̄z diligentissime in arithmeticis diximꝰ. q̄ si ad hec illis instructus lector accedat: nullo dubitationis erro re turbabitur: Armonica vero medietas de qua nunc paulo latius tractandum est: hac ratione procreatur Constituatur enim si qdez duplices curamus effingere: tribus equis terminis positis primꝰ prio ac duobus secundis equalis Secūdus duobus primis ⁊ duobus secundis. Tertius semel primo: bis secūdo: ⁊ ter tertio. Atq̄z hoc modo sint vnitates. i. i. i. Constituat igitur primus primo ac duobus secundis equalis. i. ternarius. Secundus vō duobus primis ⁊ duobus secundis. i. q̄ternarius. tertiꝰ vō prio ac duobus secūdis ⁊ tribus tertiis. i. sex. Et si in binariis equalitas construatur: vel in ternariis eadem rō medietatis apparet duplo a se terminis differētiis. distātibꝰ vt subiecte de scriptiones monent.

i	i	i
iii	iiii	vi
ii	ii	ii
vi	vii	xii
iii	iii	iii
viiii	xii	xviii

¶ Quod si facienda est in extremitatibus tripla proportio: tribus equis terminis constitutis. ¶ Primus q̄dem faciendus est ex primo ac secundo. Secundum vero ex primo ac duobus secundis. tertius autez ex primo duobus secundis ac tribus tertiis vt est subiecta descriptio.

i	i	i
ii	iii	vi
ii	ii	ii
iiii	vi	xii
iii	ii	ii
vi	ix	xviii

¶ Sz ingressi armonicā disputationē q̄ de ea diligētz dici possūt tacite ꝑtereūda eē nō arbitror. Collocet igit armōica ꝓportiōalitas iq̄z ea ōscriptiōe supiore ordine terminorum inter se differentie disponantur.

Diffe	i	ii rentie
iii	iiii	vi

Uidēs ne igitur. vt. iiii. ad tres diatessarō consonā tiam prodant. vi. ad. iiii. diapente concordent. vi. vero ad. iii. diapason misceant simphoniam: ipseq; earum differentie rursus eandeq; statuant consonantiā Binarius enim ad vnitatem duplus est in diapason consonantia constitutus. q; si se extremitates multiplicent: itemq; medius sui multiplicitate succrescat: comparati numeri toni habitudinem concordiamq; seruabunt. ter eniz sex efficiunt. xviii. quater. iiii. fiēt xvi. Sed. xviii. numerus. xvi. numerum minoris parte octaua transcendit. Rursus minimus terminus si se ipse multiplicet efficiet. ix. Quod si maior termin' sui multiplicatiōe ꝛcrescat efficiet. xxxvi. qui sibimet ꝛparati quadruplā. i. bis diapason ꝛcinentiam seruant. q; si hoc diligentius ispiciamus: hec erit omnis rei differentiarum vel terminorum in se inuicez multiplicatio. Minimus enim terminus. si medio multiplicetur fient. xii. Item minimus terminus. si maxio multiplicetur fient. xviii. Medius vero terminus si maximi numerositate augeatur. fient. xxiiii. Rursus minimus terminus si se ipso concrescat: fient. ix. Eodem modo si medius fient. xvi. Sēarius vero qui maximus est si se ipm multiplicet. xxxvi. reddet. hec igit in ordinem disponantur. xxxvi. xxiiii. xviii. xvi. xii. ix. sunt igitur diatessaron consonantiā resonātes. xxiiii. ad. xviii. ⁊. xii. ad. ix. diapente vo xviii. ad. xii. ⁊. xxiiii. ad. xvi. ⁊. xxxvi. ad. xxiiii. Tripla autem que est diapē te ⁊ diapason. xxxvi. ad. xii. Quadrupla vero que est bis diapason. xxxvi. ad. ix. epogdous vero qui tonus ē xviii. ad. xvi. comparatione seruatur:



Quemadmodum inter duos terminos supradicte medietates vicissim collocentur.

Capitulum. xvi.

Solent autem duo termini vari proponiq; vt inter eos nunc quidē arithmeticam: nunc vero geometricam: nunc armonicam medietatem ponam'. de quibus in arithmeticis quoq; dixim' Id tamen ipsum nunc etiam breuiter explicemus. Si arithmetica medietas quare: datorū terminorum videnda differentia est. eademq; diuidē da ac minori termino adiicienda. Sint enim decem. ⁊. xl. altrinsecus termini constituti: horumq; medietas secundum arithmeticam proportionalitatem queratur. differentiam prius vtrorumq; respicio que est. xxx. hanc diuido fiunt. xv. hanc minori termino. idest decem appono: fiunt. xxv. Si igitur hic inter. x. ⁊. xl. medius collocetur. fit arithmetica proportionalitas hoc modo. x. xxv. xl. Item iter eosdē terminos medietatem geometricam collocem'. Extremos propria numerositate multiplico. vt. x. in. xl. fiūt. cccc. horum tetragonale latus assumo: fiunt viginti. Uicies enim viginti fiunt. cccc. Hos igitur. xx. medios inter. x. ac. xl. si collocem: fit geometrica medietas subiecta descriptione formata. x. xx. xl. Si vero armonicam medietatem queramus: sibimet ipsis copulam' extremos. vt. x. ⁊. xl. fient. l. Eorum differentiam que est. xxx. In minorem terminum multiplicem'. scilicet in. x. vt fiant decies. xxx. qui sunt. ccc. hos secundum. l. partimur fiunt. vi. Quos cuz minori termino addi derimus fient. xvi. hūc igitur nūerū si inter. x. ac. xl. medium collocemus: armonica proportionalitas expeditur. x. xvi. xl.

querit

De consonantiaꝝ modo secundum nichomacum.

Capitulum. xvii.

Ed his hactenus. nunc illud addendum videtur quemadmodū pythagorici probant consonātias musicas in predictis proportiōibus inueniri. in qua re scilicet. eis ptholomeus nō videtur assensus: de quo pauloposterius dicemus. hec enim ponenda est maxime esse prima suauisq; cōsonantia: cuius proprietatem sensus apertior comp̄hendit. Quale enim est vnumquodq; p semetipsum tale ⁊ deprehēdit sensu. Si igit cūctis notior ē ea cōsonātia: que in duplicitate ꝛsistit: nō est dubiū primā

esse

esse omnium diapason consonantiam meritoq; excellere: quoniam cognitiõe precedat. Reliqueq vero hũc necessario secundum pythagoricos ordinem tenent: quem dederit multiplicitatis augmenta: ei superpartícularis habitudinis detrimenta. Monstratum qppe est: q multiplex inequalitas superparticulares ꝓportiones merito antiquitate transcendat. Quocirca naturalis numerus ab vnitate vsq; ad quaternariuꝫ disponatur. i. ii. iii. iiii. Igitur vni binari⁹ cõparatus ꝓportionẽ duplicẽ facit: ⁊ reddit diapasõ cõsonantiam eam que est maxima & simplicitate notissima. si vero vnitati ternarius comparetur: diapason ac diapente concordiam personabit. Quaternarius vero vnitati comparatus quadruplam tenet. bis scꝫ diapason efficies symphonia q̃ si ternarius binario comparetur diapente. Si vo que ternarius ternario diatessaron. consonãtiam supplet. isq; est horuꝫ ordo cunctis ad se inuicem comparatis: Nam comparatio que restat: Si quaternariũ binario comparemus: cadet in duplicem proportionem: quam tenebat ad vnitatem binarius comparatus. itaq; maxime distant soni in bis diapason: cum a se quadrupla interualli dimensione discedũt. Minimũ vero: cũ acutior graviorem tertia grauioris ꝓte trãscendit. Ac stat deiceps continentiarum modus qui neq; vltra quadruplam possit extendi: neq; intra partem tertiam coartari: ⁊ secundum nichomacum quidem hic consonantiarum est ordo: vt sit prima diapason: secunda diapason ei diapente: tertia bis diapason. quarta diapente. quinta diatessaron.

De ordine consonantiaruꝫ sententia eubolidis ⁊ hypasi. Capitulum. xviii.

Sed eubolides atq; hypasus alium consonãtiarum ordinem ponunt aiunt enim multiplicitatis augmenta superparticularitatis diminutioni rato ordine respondere. Itaq; non posse esse duplum nisi dimidium: nec triplum preter tertiam partem. Quoniam igitur fit duplum: ex eo diapason consonantam reddi. Quoniam vero fit dimidiuꝫ: ex eo quasi contraria diuisione sesqualteram. i. diapente effici proportioneꝫ. Quibus mixtis scilicet diapason ac diapente triplicem ꝓ creari. que vtramq; continet symphoniam. Sed rursus triplicis partem tertiam contraria diuisione partiri. Ex qua rursus diatessaron symphonia nascetur. Triplicem vero atq; sesquitertium iunctos quadruplam comparationem proportionis efficere. vnde fit vt ex diapason ⁊ diapente que est vna consonantia ⁊ diatessaron vna continentia coniũgatur: que in quadruplo consistens bis diapason nomen accepit. Secũdum hoc quoq; hic ordo est: Diapason. diapente diapason: ac diapente. diatessaron: bis diapason.

Sententia nichomaci que quibus consonãtiis apponantur.

Capitulum. xix.

Sed nichomacus non eandem eis esse arbitratur contrariam positioem. Sed potius vt vnitas in arithmeticis crementi erat diminutionisq; principium: ita etiam diapason symphoniam reliquarum esse principiuꝫ. illas vero sibi contraria diuisione posse constitui. id vero facilius erit cognitu. si prius preuideatur in numeris: constituatur igitur vnitas: ducq; ab ea partes fluant vna multiplicis. alia diuisionis. Sitq; hec formula.



Et ad hunc modum ad infinita progressio est binarius enim vnitatis duplex est. Contraria vero ei⁹ pars eisdem dimidium vnitatis ostẽdit. Tres triplus ⁊ cõtraria pars tertia. Quattuor quadruplus parsq; ⁊ contraria quarta. Atq; ita crescendi ⁊ decrescendi in simplici est vnitate principium. Idem igitur nũc ad consonantias conuertamus. Est igitur diapason que est dupla supremi loco principii. Que vero reliqueꝫ sunt: in contraria diuisione hoc modo. Sesqualter q̃dem triplo: sesquitertius vero quadruplo. Quod tali argumentatione probabitur. Idem enim primum ẽ sesqualter: qui primus triplus scilicet principalis vnitatis. Nam ternarius idem primus triplus est: si imitati. Idem primus sesqualter. Si binario compare⁊. Rursus idem ternarius eiusdem differentie quam ad binarium facit: cuius naturaliter posit⁹ probatur esse sesqualter: triplus est. Cum igitur iure sesqualter triplici opponatur. Diapente consonantia diapente ac diapason consonantie rationabiliter putatur opponi. Rursus quadruplus sesquitertij contrariam diuisionem tenet: Nam qui est primus quadruplus idem rursus primus sesquitertius inuenitur hoc modo. Quaternarius quippe primus est quadruplus si vnitati: primus sesquitertius: si ternario comparetur Rursus eius differentie quam inter se ac ternarium tenet: ipse fit quadruplus. Unde fit vt sesquitertia ꝓportio: que est diatessaron: quadruple proportioni q̃ est bis diapason in ꝓtrariũ diuidatur: Dupla vo quoniam nullam habet oppositã proportioneꝫ nec vllius ipsa sesqualtera ẽ: aut extat numer⁹: cui possit binari⁹ qui prim⁹ est duplus: superparticulari proportiõe cõiungi: talẽ formã contrarie proportionis excedit. Atq; iccirco secũdũ nichomacum diapason consonantiarum principium teneat hoc modo.



¶Sed q̃uis ita sese habeat :inquit tamen omnes melius multiplices proportiones consonantiarum precedere:super particulares sequi:sicut paulo ante descripsimus.Cum igitur consonantia sit duarum vocum rata permixtio sonus vero modulate vocis casus vna intentione productus:sitq; idē minima particula modulationis:omnis vero sonus constet impulsu. Pulsus vero omnis ex motu fiat :tumq; motuum aliqui sint equales:Alii vero inequales:inqualium vero alii sint multo inequales.alii vero minus.alii vo mediocriter inequales:Ex equalitate quidem nascitur sonorum equalitas.Ex inequalitate vero ea que secundum mediocritatem distantie inequales sūt:mãifeste:primeq; ac simpliciores eueniunt proportiones que sunt .s.multiplices aut superpticulares.dupli. tripli q̃dru pli.sesqualteri atq; sesquitertii consonantie . Ex his vero que in reliquis proportionibus: vel multimode vel non ita claris.vel longe omnino a se distantibus inequalitates fiunt:dissonantie existunt. Nulla autē sonorum concordia procreatur.

¶Quid oporteat premitti vt diapason in multiplici genere demonstretur.

Capitulum.xx.

Oc igitur ita distincto:demõstrabitur diapason consonantia que cunctarum optima est in multiplici inequalitatis genere ꝛ ī duplicitatis habitudine reperiri.Ac primum quidem illud demonstrandum quemadmodum in multiplicitatis genere diapason consonantia possit agnosci. Precurrendus est igitur ad breue qd dam quo prius cognito facilior demonstratio fiat.ab omni superparticulari:si continuam ei superparticularem quis auferat proportionem que est scilicet minor id quod relinquitur minus est eius medietate que detracta est proportiōis vt in sesqualtera ac sesquitertia.Quoniam sesqualtera maior est:sesquitertias de sesqualtera detrahamus . Relinquitur sesquioctaua proportio:que duplicata non efficit integram sesquitertiam proportionem sed ea distantia minor est q̃ in semitonio reperitur.q; si duplicata sesquioctaua comparatio non est integra sesquitertie:simplex sesquioctaua non est sesquitertie proportionis plena medietas.q; si sesquiquartum sesquitertio auferas id qd relinquitur medietatem sesquiquarti non efficit. idēq; in ceteris.

¶Demonstratio per impossibile diapason in multiplici genere esse.

Capitulum. xxi.

Se nunc ad diapason consonantias redeamus:q; si ea non est in multiplici genere inequalitatis:cadet in superparticulare ineq̃litatis genus. Sit igitur superparticularis proportio diapason consonantia . Auferat ab ea continua consonantia .i. diapente : relinquitur diatessaron.Bis igitur diatessaron minus est vno diapente ei ipsum diatessaron non implet diapente consonantie medietatem q; est impossibile Monstrabitur enim bisdiatessaron tono ac semitonio consonantiam diapente transcendere .Quocirca nec diapason quidem insuper particulari inequalitatis genere poni potest.



¶Demonstratio per impossibile diapente diatessarō ei tonum insuper particulari esse.

¶Capitulum . xxii.

Estat igitur vt diapente ac diatessaron ꝛ tonum hi super particulari ponenda esse monstremus. Mā ꝛ si id in pria quoq; pbatione ea qua diapason insuper particulari genere non esse ponendam mōstrauim' id quoq; quodam rationis modo pclaruit.Sigillatim de eo ac diligentius pertractemus: Nam si in superparticulari quis has habitudines ponēdas eē nō dixerit in multiplici genere fatebitur collocādas. Nā insuperpartienti vel ceteris mixtis cur poni non possint:superius(vt arbitror) explanatum est. ponātur igitur si fieri potest in multiplici genere. Et quoniam diatessaron consonantia minor est.diapēte maior diatessaron duplici.diapente vo triplici proportioni multiplicitatis ap tetur. Verisimile est enim vt est consonantia

nantia diatessaron consonantie diapente cōtinua. ita si diatessaron in duplici statuitur. diapente in continua duplicis poni. i. triplici. Tonus autem quoniam in habitudinibus musicis post diatessaron locatur: nimirum inea proportione ponatur: que est minor duplici. hec autem in multiplicitatis genere non potest inueniri. Restat igitur in superparticularis habitudinem cadat Sit igitur prima. i. sesqualtera toni ꝓportio. Nam si duplicem auferamus triplici: quod relinquitur sesqualter est. Quod si diatessaron quidem duplex est. diapente vero triplum: sublato diatessaron a diapente tonus reliquus fit: nullo modo dubitari potest: quin tonus in sesqualtera debeat proportione constitui. Sed due sesqualtere proportiones duplicem vincunt. Quemadmodum ex arithmeticis instructus sibi potest quisq; colligere. Duo igit toni diatessaron superabunt: q̃ est inconueniens. diatessaron enim duos tonos semitonii spatio transcendit. Non igitur fieri potest: vt non diapente ac diatessaron insuperparticulari inequalitatis genere collocetur. q̃ si quis tonum quoq; in multiplici genere eē perscribat quoniam quidem tonus minor quam diatessaron. Diatessaron vero minus est quaz diapente diapente quidem ponatur in quadrupla. diatessaron in tripla. tonus in duplici: Sed diapente constat ex diatessaron ⁊ tono. Quadruplum igitur secundum hanc rationem constabit ex triplo ac duplo. quod fieri nequit. Rursus statuatur diatessaron quidez in triplici ei diapente in quadruplo. Si igitur auferamus triplum a quadruplo: sesquitertius relinquetur. Rursus si diatessaron diapente consonātie subtrabas: fit reliquus tonus: Tonus igitur secūdum hanc rationē in sesquitertia proportione constabit. Sed tres sesqtertii vno triplici minores fiūt. Tres igitur toni vnū diatessarō nulla ratione supplebunt. quod est falsissimum. Duo enim toni ac semitonium minus diatessaron consonantiam supplent. Ex his igitur demōstratur diatessaron consonantiam non esse multiplicem. Dico autem quoniam nec diapetente consonantia. in multiplici genere poterit collocari. Naz si in eo statuatur: quoniam est ei minor continua idest diatessaron. non locabitur diapente: in multiplici minimo. i. duplici scilicet vt sit locus: quo diatessaron consonantia possit aptari. Sed. diatessaron cōsonantia multiplicis generis non est. Quo circa nec diapente. in maiore habitudine multiplicis quam est dupla que minima est aptari potest. Si igitur diapente in minima scz dupla diatessarō vero que minor est in multiplici quidem aptari non potest. Non est enim minus quicq̃z duplici. Si igitur sesqualtera. Tonus vō sesquitertia. In continua enī proportione locabitur. Sed duo sesquitertii ampliores sunt vno sequaltero. Duo igitur toni vnam diatessaron consonantiam vincent: q̃ nulla ratione continget. Ex his igitur aprobatur diapente ac diatessaron in multiplici genere collocari nō posse: quocirca in superparticulari genere inequalitatis iure ponentur.

¶ Demonstratio diapente ⁊ diatessarō in maximis superparticularibus collocari.

Capitulum. xxiii.

Illud quoq; addendum necessario est: quoniam si diapente ac ditessaron superparticulares proportiones tenent: in maximis superparticularibus proportionibus collocantur. Sunt autem maxime sesqualtera ⁊ sesquitertia. Hoc vero approbabitur hoc modo. Nam si in minoribus proportionibus quam sesqualtera vel sesquitertia. diapente ac diatessaron cōsonantie collocentur. non est dubium quin sicut alie proportiones superparticulares preter sesqualteram ⁊ sesquitertiam iuncte non efficiunt vnum duplum. ita diapente ac diatessaron vnum diapason nulla ratione concludunt. Quoniam enī diapason in duplici proportione esse monstratum est. duplex vero proportio ex sesqualtero sesquitertioq; componitur. Diapason vero ex diatessaron ac diapente copulatur: non ē dubium quin si totum diapason in duplici statuatur diapente ⁊ diatessaron in sesqualtera sesquitertiaq; proportione sint locande. Aliter enim non poterunt diapason iuncte perficere: que consonantia in duplici proportione consistit. Nisi in duabus proportionibus steterint sesqualtera. scilicet ac sesquitertia. Alie enī proportiones superparticulares hanc nulla ratione conuungent.

¶ Diapente in sesqualtera diatessaron in sesquitertia esse tonum in sesquioctaua.

Capitulum. xxiiii.

Dico autem quoniam proprie diapente in sesqualtera. ⁊ diatessarō. in sesquitertia ꝓportione consistit. Quoniaz enī inter vtrasq; proportiones sesqualteram scilicet ⁊ sesquitertiaz Sesqualtera maior est ⁊ sesquitertia minor. quoniamq; in ꝯsonantiis diapente maior: diatessaron minor: apparet maiorez proportionē maiori: ⁊ minorem minori esse consonantie aptanduz Erit igitur quidem diapente in sesqualtera: diatessaron vero in proportione sesquitertia collocāda. Qd si diatessaron a diapente consonantiam subtrabamus: reliquitur spatium: quod dicitur tonus. Sesquitertiū vero si proportioni sesqualtere minuam⁹: relinquit sesquioctaua ꝓportio. Quo fit vt tonus. in sesqoctaua debeat ratione constitui.

¶ Diapason ac diapente: In tripla proportiōe esse. bis diapason In quadrupla. Capitulum. xxv.

Ed quoniam demonstratum est diapason q̃ dē duplam diapēte vō sesqualteraz. iunctas vero duplaz ac sesqualteram: triplicē ꝓportionem procreare: ex his etiā apparet diapēte ac diapason in triplici ꝓportiōe cōstitui. Sed si q̃s triplici proportioni sesquitertiam habitudinez iūgat: quadruplaz facit. Igit̄ si diapente ac diapason. ꝯsonantijs diatessaron symphonia iūgatur: fit q̃druplū spatiū vocum: quod bis diapason supra esse monstrauimus.

¶ Diatessaron ac diapason non esse consonantiā: secūdum pythagoricos. Capitulum. xxvi.

Ed in his illud diligens lector agnoscat. qd̃ consonantie consonantijs suppositе alias q̃ldam consonantes efficere. Nā diapente ac diatessaron iuncte diapason (vt dicum est) creant. huic vero diapason rursus si diapēte symphonia iungatur fit consonātia q̃ ex vtrisq; vocabulis nūcupatur. diapasō. s. ac diapente. Cui si diatessarō adatur: fit bis diapason: que quadruplam proportiōez tenet. Quid igit̄ si diatessarō ac diapason ꝯsonātias iungamus. vllam ne secundum pythagoricos efficiēt cōsonantiam. Minime. Nor enim in suppartiens in eq̃litatis gen⁹ cadit: nec seruat vel multiplicitatis ordinem: vel superparticularitatis simplicitatē. Age. n. statuātur numeri quibus id facilius approbemus. sit

eni ternarius: cuius sit senarius duplus. scilicet in dia
pason consistens proportione. huic aptetur sesquiter
tia quam diatessaron esse prediximus: vt octonarius
Is. enim ad senarium diatessaron proportionem te=
net: Qui octonarius ad ternarium comparatus ha=
bet eum bis. Sed ne sit multiplex habet etiam eius
aliquas partes neqz eas simplices. Duabus enim eiz
superuenit vnitatibus: que sunt due tertie partes ter
narii. quem primum terminum minimumqz locam⁹
Sint igit termini hi. iii. vi. viii. Illud quoqz q̃ iter
duas sibi cõtinuas cõsonantias cadit: ⁊. n. neqz duplũ
est integrum vt diapason consonantiam prodat: ne=
qz triplum: vt diapason ac diapente efficiat simpho=
niam Cui si tonus addatur: mox triplum modum pro
portionis efficiet. Quoniam enim diapason ac diapẽ
te sibi iũcte efficiũt triplũ. Diatessarõ vo ⁊ tõus dia
pẽte ꝓsonãtiã iũgũt. si diapasõ ꝓsonãtia addat diа
tessarõ: incõsonũ fit: qm̃ inter duplicẽ ac triplicẽ nul
la potest naturaliter proportio multiplicitatis intelli=
gi. q̃ si ei adiicio tonum: fit diapason diatessaron ⁊ to
nus: quod nihil distabit vtrum diapason ac diapente
sit: Diatessaron enim ⁊ tonus diapente constituunt.
Sit enim diapason quidem. iii. ⁊. vi. Diatessaron. vi.
⁊. viii. Tonus. viii. ⁊. ix. Diapente. vi. ⁊. ix. Diapason
ac diapente. iii. ac. ix. Erit igitur sic tripla ꝓportio. iii
vi. viii. ix. Sed quãquam de his multa nichomacus:
nos tamen qua potuimus breuitate partim ea ipsa
que pythagorici affirmant promentes: partim ⁊ eis=
dem quedam consequẽtia argumentantes: probaui=
mus: Si diatessaron consonantie diapason addatur
consonantiam ex his coniungi non posse. quid vero
sentiat de his ptolomeus: posterius apponam. Sed
de his hactenus: Iam de semitonis considerandũ ẽ

De semitonio in quibus minimis numeri constet. Capitulum. xxvii.

Identur enim semitonia nuncupata nõ q̃
vere tonorum sint medietates. ꝗ quod sint
non integri toni: huiusqz spatii quod nũc
quidem semitonium nuncupamus: Apud
antiquiores autem limma vel diesis voca
batur: hic modus est. Cum enim ex sesquitertia pro=
portione q̃ diatessaron est. due sesquioctaue habitu=
dines. que toni sunt: auferuntur: relinquitur spatium
quod semitonium nuncupatur. Queram⁹ igit duos
tonos continua dispositione descriptos Sz quoniam
hi (vt dictum est) in sesquioctaua proportione consi=
stunt: duasqz sesquioctauas proportiones continuas
adhibere nõ possumus. nisi multiplex ille: aquo be de
riuari possint: reperiatur. sit vnitas prima eiqz octo=
narius octuplus primus. ab hoc igitur vnum sesqui=
octauum potero deriuare. Sed quia duos querim⁹
fient octies octo: atqz ex eo. lxiiii. explicentur. Erit igi
tur secundus. octuplus. a quo possumus duas sesqui=
octauas ꝓportiones educere. Mãqz octo que est octa=
ua pars. lxiiii. vnitatum eisdem additi totam summã
lxxii. perficiunt. his vero si sua octaua similiter oppo
natur: que est nouenarius lxxxi. reddunt. Eruntqz hi
duo toni continui principali dispositione conscripti.
lxiiii. lxxii. lxxxi. Iam igitur. lxiiii. vnitatuz sesquiter
tium conquiramus. Sed quoniam. lxiiii. probantur
tertiã partem non habere: si omnes hi numeri terna
rio multiplicẽtur. mox eis pars tertia cõtigit: ⁊ oẽs in
eadẽ ꝓportiõe durabunt: qua fuerũt antecẽ his ter
nari⁹ multiplicator accederet: fiãt igit ter. lxiiii. cxcii.
horũ tertia. lxiiii. eisdẽ addita. cclvi. reddet. Erit igit
hec sesquitertia proportio diatessarõ ꝓsonãtiã tenẽs
Iam igitur duas sesquioctauas proportiões ad. cxcii.
duobus se numeris continẽtes rato ordie collocem⁹
fiant igitur ter. lxxii. i. ccxvi. Rursus ter. lxxxi. q̃ sunt.
ccxliii. Qui inter duos suprascriptos terminos colloce=
tur hoc modo. cxcii. ccxvi. ccxliii. cclvi.



In hac dispositione proportionum. Primus nume
rus ad postremum diatessarõ consonantiam consti=
tuit. Idẽ vero primus ad secundum ⁊ secũdus ad ter
tiũ geminos constituũt tonos. Constat igitur spaciũ
quod relinquitur ex. ccxliii. ad. cclvi. in quib⁹ minim⁹
semitonij forma consistit.

Demonstrationes non esse. ccxliii. ad. cclvi. toni me
dietatem. Capitulum. xxviii.

Probo igitur. ccxliii. ad. cclvi. distãtiam
non esse integram toni medij dimensionẽ
Etenim ducentorum quadraginta trium
⁊ ducentorum. lvi. differentia tredecim tã
tum vnitatibus continetur. Qui tredecim
minus quidem quam minoris octauam decimaz: pl⁹
vero quam nonamdecimam obtinent partem. Si. n.
octies decies tredecim ducas efficies. ccxxxiiii. qui. cc=
xliii. nullo modo equabit. Si decies nouies multipli
ces: superuadent: cum oporteat omne semitoniuz si
ti in integr tõi dimidiũ teneat: inter sextamdecimã
partem ac septimãdecimã collocari. Quod posterius
demonstrabit. Iam illud liquebit talẽ semitonij di=
stantiã sibimet geminatam. vnũ toni spatium nõ pos
se cõplere. Age enim vt sese. cclvi. ad. ccxliii. bnt tales
duas sibimet ꝗtinuas ꝓportiões secũdũ superi⁹ de=
scriptã regulã disponamus. cc. enim. l. ⁊. vi. insemet
ipsos multiplicemus. ⁊ sit maximus terminus. lxv.
dxxxvi. Item. ccxliii. propria numerositate cõcrescãt.
⁊ sit minimus terminus. ~~lix: cclviiii.~~ Rursus. cclvi. ad
ducentorum xliii. multitudinem concrescãt. Erit igi
tur numerus. ~~lxii. ccviii.~~ hic igitur medius colloce=
tur hoc modo.

| lxv. dxxxvi | lxii. ccviii | lix. xlviii. |

In eadẽ igitur sunt ꝓportione ducenti. lvi. ⁊. ccxliii.
In qua. lxv. d. xxxvi. ad. lxii. ccviii. Et item. lxii. ccviii.
ad. lix. xlviiii. Sed maximus eor terminus qui ẽ. lxv.
dxxxvi. ad minimum qui est. lviiii. xlviiii. Vnum inte
grum non efficit tonum. q̃ si primi ad secundum pro
portio que est equa secũdi ad tertium proportioni: in=
tegri esse semitonii probaretur: duo dimidia iuncta
vnuz necessario efficerent tonum. Iam ãt cum non
sit extremorum terminoruz sesquioctaua proportio:
manifestum est hec duo spacia proprie tonorum di=
midia non videri. Quicquid enim cuiuscumqz est di=
midium id si duplicetur illud efficit: cuius dicitur esse
dimidium. Si vero illud implere non possit gemina=
ta ꝓticula min⁹ est parte dimidia. Si vero supfluat
ac superuadat: plus est parte dimidia. preterea ꝓba=
buntur. hcv.

buntur.hcv.dxxxvi.non facere sesquioctauaz proportionem. Si.lviiii.xlviiii.vnitatibus comparentur: si octaua pars.lix .xlviiii.eisdem secundum eas que in arithmeticis dicte sunt regulas aggeratur. Que qm̃ in integris numeris non consistit: Iccirco eandē octauam partem relinquimus.lectorum diligentie computandam.liquet igitur eaz ꝓportionez que in.cclvi ⁊.ccxliii .est constituta:non esse integrum dimidium toni quocirca id quod vere semitonium nuncupatur pars toni minor est quam dimidia.

¶De maiore parte toni in quibus minimis numeris constet. Capitulum.29.

Eliqua igitur pars q̃ maior est:apotome nuncupatur a grecis a nobis vero potest vocari decisio. Id enī natura fert:vt quotiens aliquid secatur ita vt nō equis partibus diuidatur:quāto minor pars dimidio minor est:tanto maior pars eadē que auctior est dimidium vincat Quantum igitur semitoniuz min' integro dimidio toni minus est:tāto appotome toni integrum superat dimidium ⁊ vincit. Et quoniā docuimus semitonium in.cclvi.⁊.ccxliii. pricipaliter stare:nunc ea que apotome dicitur: In qbus possit minimis constare numeris approbemus. Si igit̄ ccxliii. partem recipere octauam possent cum ad euz sesquioctauus numeris comparetuur:tunc:cclvi . habitudo ad sesquioctauam summam minimi numeri comparata:apotomē necessaria ratiōes mōstraret. Nūc vero ei quoniam pars octaua deesse mōstratur:vtriqz numeri octies fiant. Et ex.ccliii. quidē octies multiplicatis fit numer'.M.dccccxliiii.Quibus si ꝓpria conferatur.octaua qui sunt.ccxliii.fient.ii. clxxxvii. Rursus.cclvi.per octonarium crescant. fient igitur. ii.xlviii.Atqz hic supra scriptorum terminorū in medio collocetur.



¶Tertius igitur terminus ad primuz toni retinet proportionem. Secundus ad primum semitonii minoris Apotomes vero tertius ad secundum . Atqz in hisdē primis apotomes videtur constare proportio:cum semitonii.in.256.⁊.243.nūeris spatiū cōtineatur. Iccirco autem.M.dccccxliiii.⁊.ū.xlviii.in eadem ꝓportione sunt:qua.ccxliii.ad ducentos lvi.quoniā . cclvi. ⁊ ccxliii.octonario multiplicati sunt. Si enīz vnus numer' duos quoslibet numeros multiplicet:qui ex ea multiplicatione nascuntur. In eadem erunt proportione:qua fuerunt hi numeri.quos prior numerus multiplicauit.

¶Quibus proportionibus diapente diapason constet ⁊ quoniam diapason sex tonis non constet.

Capitulum . 30.

Sd quoniam de diatessaron consonantia latius diximus:breuius.⁊ pene puris numeris de diapason ac diapente consonantiis disseramus.diapente enim constat ex tribus tonis ac semitonio. Idest ex diatessaron ⁊ tono. Disponantur enī numeri quos superior descriptio ꝓrehēdit.cxcii.ccxvi.ccxliii. cclvi In hac igitur dispositione primus terminis ac secundum ⁊ secundus ad tertium tonorum retinet proportiones. Sed tertius ad quartum semitonii minoris: vt supra monstratum est. Si igitur.cclvi.octaua eisdem quorum octaua est apponatur:fient cclxxxviii. Quibus cxcii.comparati sesqualterum spatium proportionis efficiunt. Quocirca tres quidem toni sunt: si primus ad secundum secundus ad tertium : quint' conferatur ad quartum . Semitonium vero minus tertii ad quartum terminum comparatio tenet. q̃ si diatessaron quidē duoꝝ tonoꝝ est ac semitonii:minoris diapente vero trium tonoruz ac semtonii minoris:iuncte vero diatessaron ac diapente vnum diapason videntur : efficere.erunt quinqz toni ⁊ duo spatia semitoniorum minora:que vnum tonum non videantur.implere. Non est igitur diapason consonantia constans sex tonis vt aristoxēus arbitratur. quod in numeris quoqz dispositū euidētur apparet. Sex enim toni in ordinem disponantur.s.in sesquioctauis proportionibus constituz.sex vero sesquioctaue proportiones a sexto octuplo procreantur. Disponantur igitur sexoctupli.hoc modo.

i	8	64	512	4.96
31.768	262	144		

¶Ad hoc igitur vltimo numero sex toni in sesquioctaua proportione constituti locentur hoc mō. Dispositis primum octuplis terminis: vt octaue terminorum parte ipsorum terminoꝝ lateribus adiungantur. sit autem descriptio talis.

octupli	i	9	69	512
4.96	32.768		262.144	
sesquioctaui			Partes octaue	
262.144		32.768		
294.912.		36.864		
331.776		41.472.		
373.248.		46.657.		
419.904		52.488		
472.392		59.49		
531.441				

¶Huius igitur dispositionis hec ratio est.Continuus enim versus:qui limes dicitur:octuplos numeros tenet. A sexto vero octuplo sesquioctaue proportiones ducuntur.vbi vero octauas partes scripsimus: octaue sunt eorum numerorum partes:quibus adiacent. Que si eisdem quibus adiacent apponātur: posteriores numeros creant: vt in primo qui est. cclvii.cxliiii. huius octaua.32.768.hi sibimet si coniungātur: posteriorem efficiunt numerum qui est.294.912. Idē qz in ceteris inuenitur. Si igitur . vltimus numerus qui est.531.441.duplus est esset prioris numeri . qui est.262.144.recte diapason sex tonis constare videretur. Nunc autem si minimi numeri.i.prioris duplicem conquiramus minor erit eo numero qui est maximus ac supremus: Naz.262.144. numeri dupl' est qui ad eum scz diapason consonantiā tenet.524.288.hic igitur minor est eo numero qui sextum retinet tonum eo scz qui est.531.441.Mior ē igit̄ diapason consonātia sex tonis: Atqz id quo sex toni diapason consonantiam superuadunt: voco cōma.q̃ cōstat in minimis numeris.524.288.⁊.531.441 . sed de his quid aristoxenus sentiat.Qui auribus dedit oē

iudicium:alias commemorabo. Nunc volumis serie fastidii vitator astringam.

Eiusdez Boetii de Musica Liber tertius. Aduersus aristoxenum demonstratio superparticularem proportionem diuidi in eq nõ posse. atqz. ideo nec tonuz

Capitulum. primum.

Superiore volumine demonstratum est diatessaron consonantiam ex duobus tonis copulari ac semitonio. diapente vero ex tribus tonis ac semitonio constare. Sed ea semitonia dimidium toni integrum non posse perficere: Si sigillatim cõsiderata tractentur. atqz ideo diapason ad sex tonos nullo modo peruenire. Sed quoniam aristoxenus musicus iudicio aurium cuncta p mittens hec semitonia non arbitratur esse secundum pythagoricos cõtractiora dimidio: sed sicut semitonia dicuntur: ita esse dimidietates tonorum. De eisdem rursus paulisper est disputandum demonstrandumqz prius nullam superparticularem habitudinẽ noto numero posse diuidi in integram medietatem. Inter duos enim numeros superparticularem proportionem continentes: siue illi sint principales: quorum est vnitas differentia: siue posteriores: nullꝰ ita poterit medius numerus collocari. vt quaz minimus proportionem tenet ad medium: eam medius teneat ad extremum scilicet vt in geometrica proportione: sed aut differẽtias equas facere potest: vt sit equalitas secundum arithmeticam medietatem. aut armonicam inter eosdem terminos medius numerus collocatus faciet medietatem: aut quamlibet aliaz. quarum in arithmeticis fecimus mentionem. q̃ si id demonstrabitur: nec illud quidẽ stare poterit. sesquioctauam proportinem que tonus est in dimidia posse discerni. Quando quidem sesquioctaua omnis in superparticulari inequalitatis genere consistit. Id vero melius inductione mõstrabitur. Illã sip singulas p portiones consideratione deducta. s. superparticulares nulla prorsus occurrit: que interposito medio termino equis proportionibus diuidatur: non est dubiũ quod superparticularis comparatio non possit in eq partiri. q̃ si videtur auribus consonum aliquid canere: cum cuilibet voci duobus tonis ac semitonio integro distans vocula comparetur. id non esse consonuz natura monstratur. Sed quoniam sensus omnis que minima sunt: comprehẽdere nequeat: iccirco hãc differentiam que vltra consonum procedit: sensum aurium non posse distinguere: fore autem vt deprehendatur si frequentissime talis particula per eosdez crescat errores. Nam quod in minimo haud sane cernitur compositum coniunctumqz cum iam magnum eẽ ceperit peruidetur. A q̃ igitur proportione est ordiendum: an compendiuz dabimus questioni: si ab eo de quo queritur ordiamur: Id vo est tõus in duo equa possit partiri nec ne. Nunc igitur de tono est pertractandum: ⁊ quemadmodum non possit in duo equa diuidi demonstrandum est. Quam demonstrationez si quis ad reliquas superparticulares comparationes transferat similiter demonstrabitur superparticularem in equa noto atqz integro numero separari non posse. ¶ Primi igitur tonum continentes numeri sunt 8. atqz. 9. Sed quoniam se isti ita naturaliter consequuntur. vt medius inter eos numerus non sit: eosdẽ binario quo. s. minimo possum multiplico. fiunt igit. 15. ac. 18. inter hos vero naturaliter numerus cadit qui est. 17. igitur. 18. ad. 16. tonus est. Sed. 10. ⁊. 8. ad. 10. ⁊. 7. comparatus habet eum totum: ⁊ eius septimamdecimam partem. Septimadecima vero ps minor est sextadecima naturaliter. Maior est igitur proportio que sub. 16. ac. 17 numeris continetur: quã ea que sub. 17. ac. 18. Qui disponantur hoc modo. ⁊ sit. 16. A. 17. c. 18. B. Medietas igitur integra tomiter. c. ac. B. nullo modo cadet. Minor est enĩ. c. b. proportio. c. a. proportione. Ad maiorem igitur partez medietas rata ponenda est. Sic vero medietas. d. Quoniam igitur. d. b. quidem proportio. quod est integrum dimidium toni maior est. c. b. proportiõe: q̃ est minor pars toni. a. c. autem proportio que est maior pars toni. a. d. proportione maior est q̃ est dimidium toni. est autem. a. c. proportio sesquisextadecia. c. b. autem sesquiseptimadecima. non est dubium qn integra medietas inter sesquisextãdecimam. ac sesqseptimamdecimam cadat. Sed hoc in integro numero nullo modo poterit inueniri.



¶Quoniam vero ad.16. numerũ.17.numerus comparatus super sesquisertamdecimam optinet proportionem.si eiusdem.17.numeri sertamdecimam requiramus:erit vnitas.atq; vnitatis pars.16.hanc si eidem.17.numero coniungamus:fiunt.18.ꝛ pars sertadecima. Si igitur.18.ꝛ pars:sertadecima:16. numero comparetur:recte toni mensurã videatur excedere. Cum ad eum solus.18.numerus sesquioctauam custodiat proportionez Unde fit vt quoniam supersesquisertadecima proportio tonum bis aucta transcendit:non sit integrum toni dimidium. Quicquid enim bis ductum transcendit aliquid:id vltra dimidium illius esse videbitur:quod transcendit. Quocirca super sesquisertadecima.non erit toni dimidium. Ac ꝑ hoc nec alia vlla maior sesquisertadecima proportione: toni poterit esse dimidium:cum ipsa sesquisertadecima integro toni dimidio.sit maior. Sed quoniam sesquisertamdecimam proportionez continua sequitur sesquiseptimadecima: videamus an ea tonum bis multiplicata impleat.17.igitur numeri sesquiseptimamdecimam partem tenet terminus.18. In eadem igit proportione si ad.18.numerum alium comparemus erit.68.ꝛ septimadecima pars.q̃ si ad.17. terminuz in sesquioctaua proportione positum numerum comparemus:fient.19.ꝛ pars octaua. Maior v̄o est pars octaua parte septimadecima. Maior igitur est ꝓportio numerorum.17.ac.19.ꝛ octaua.quam ea que in. 17.ac.19.ꝛ parte septimadecima continetur.que sũt .s.bis sesquiseptimedecime proportiones. Due igitur sesquiseptimedecime vnum tonum non videntur implere. Non est igitur sesquiseptimadecima toni dimidium:quoniam que duplicata non implet integrum: non continet dimidium. Semper enim dimidiuz duplicatum ei cuius est dimidium coequatur.







Ex sesquitertia proportione sublatis duobus tõis toni dimidiũ non relinqui. Capitulum. ii.

Am vo si eos numeros disponam' q de sesquitertia proportione duob' tõis retract' reliquũtur: in his ꝓsiderare possum': vtrũ ea proportio que post duos tonos reliquit: integri loco semitonii cẽseat: q si ita reptũ fit: illud quoq ẽ cõprobatũ diatessarõ cõsonantiam duob' tõis atq integro semitonio copulari. Erat igitur superius terminus primus. 190. duo. Ad hũc sesquitertiã ꝓportionẽ tenebãt. 256. Sed ad primũ terminũ 216. facunt tonũ. Ad. 216. rursus. 243. toni obtinent locũ. ẽ igit relinquit ex tota diatessaron ꝓportione ea. s. habitudo que in. 243. ⁊. 256. vnitatibus constat. hec igitur si probatur integri toni esse dimidium dubitari nõ põt diatessarõ ex duob' tõis semitonioq cõstare. Qm igitur demonstratum est toni dimidiũ iter sesqsextãdecimã ⁊ sesqseptimãdecimam ꝓportionẽ locari: ab hac comparatione etiam hec proportio metienda est. Me enim longius progrediamur: sumo ex. 253. octauamdecimam partem: ea fit. 13. ⁊ semis. hanc si eisdem apposuero fiunt. 256. ⁊ semis. Apparet igitur minorem proportionẽ. 256. ad. 243. sesquioctauadecima habitudine. q si dimidius tonus maior quidez est in sesquisextadecima minor vero. in sesquiseptimadecima proportiõe. Sesquioctauadecima vero minor est sesquiseptimadecia habitudine: ducentorum vero. 56. ad ducentos. 43. cõparatio: que scz relinquitur ex diatessarõ duobus retractis tonis. minor est sesquioctauadecima. Non est dubium qn hec duorũ numerorum propositio semitonio longissime diminutior sit.

Aduersum aristoxenum demonstrationes diatessaron consonantiam ex duobus tonis ⁊ semitonio non constare. nec diapason sex tonis.

Capitulum. iii.

Uod si (vt ait aristoxenus) diatessaron cõsonantia ex duobus tonis semitonioq conuingitur: due diatessaron consonantie necessario quinq tonos efficiunt: ⁊ diapente ac diatessaron iuncte sicut vnum diapasõ iungunt. ita sex tonis continua proportione coequantur. Et quoniam paulo ante sex disposuimus tonos: quorũz minimus erat numerus. 262. 144. ad hunc vero vltimus in sexto collocabatur tono numerus. 531. 441. quintum vero retinebat tonum. 472. ⁊. 392. disponantur hoc modo.



Qm igitur a terminus ab. d. termino quiq remot' ẽ tonis qmq diatessarõ in duobus tõis ac semitonio iũgit. vt aristoxenus arbitrat. vnũq diatessarõ. inter. a. atq. b. aliud vo inter. c. atq. d. positũ ẽ. b. ⁊. c. terminos nõ oz eẽ diuersos: ẽ vnos atq eosdẽ: vt integre quiq tõi ex duab' diatessarõ ꝓsonãtiis ꝓstare videãtur: Nũc vo qm est differẽtia. 4. 768. ⁊ bisse arguit diatessarõ minie tõis duob' ac semitõio ꝓiũgi

proximũ venit. Ratio vo diiudicat: velut si quis manu circulũ scribat. fortasse eũ vere circulũ oculꝰ arbitretur. Ratio vo nullo modo esse id q̃ simulat: intelligit: hoc vo iccirco est. qm̃ sensus circa materiã versatur: speciesq̃ in ea comprehenditur: que ita sũt fluide: atq̃ iperfecte. neq̃ determinate: ⁊ vsq̃ ad vngũ expolite: sicut est ipsa materia. Quare ipsũ quoq̃ cõfusio sequitur: mentẽ vo atq̃ rationem qm̃ materia non moratur: Species quas preuidet: preter subiecti cõmunionem intuet. atq̃ ideo eã integritas cõmitatur ac veritas. potiusq̃ insẽsum quod peccat: aut minus est: aut emendat aut cõplet. fortasse aũt id q̃ sensus si integre: sed ꝓfuse: atq̃ a veritate minꝰ q̃si quidã incallidus estimator agnoscit in singulis minꝰ habeat errati. collecta vo multiplicant in sumã: atq̃ iccirco magnam faciunt differentiam. Mã si duas voculas tono sensus distare arbitret: neq̃ distẽt: rursusq̃ ab vna eax tono putet distare tertiã: neq̃ ĩtegra ac toni vera sit distãtia. Itez tertie q̃rteq̃ tõi sensus differẽtiã putet atq̃ ĩ eadẽ quoq̃ erret. neq̃ sit differentia toni. ab hac etiam quarta quintã distare semitoniũ putet. neq̃ vere: neq̃ integre estimet: in singulis fortasse minus videat erratum: quod vo in primo tono sensus reliquit. atq̃ id quod in scdo ⁊ tertio atq̃ in quarto semitonio peccatum est: in vnũ cõgregatũ atq̃ collectũ efficiet: vt prima vox ad quintã vocẽ diapente nõ contineat consonãtiã. q̃ oportebat fieri si tonos tres ac semitoniũ sensus ĩtegre iudicasset Qd igitur ĩ singulis tonis minꝰ peruidebat: id collectũ in consonantiam euidenter aparuit. atq̃ vt peruideat sensum qdẽ confusa colligere: nullo mõ aũt ad integritatẽ rationis ascendere: sic consideremus. Date enim linee maiorem minorem ne aliã reperire nihil est difficile sensui. proposita vo mensura: vt tanto maiorẽ: tanto ue minorẽ reperiat: id nõ faciet sensus. Prima conceptio: sed solers rationis inuentio. vel si rursus datã lineã ꝓpositũ sit vel duplicare: vel dimidiam secare. id fortasse licet paulo difficilius q̃z confuse maiorez minorẽ ue repire: poterit tñ sensus inuentione constitui. Si vo imperetur: vt proposite linee tripla põatur: vel ab ea pars tertia recidatur: vel q̃drupla cõstituatur: vel pars quarta resecet: nõ ne ĩpossibile sit sensui: nisi integritas ratiõis accedat: hoc ideo q̃ processus quidẽ ratiõi locus accrescit: deficit sensui. Si. n. octauã partez proposite linee auferre aliquis imperetur: vel eiusdẽ octuplam dare cogatur. totius quidẽ sumere dimidiã compellitur. dimidieq̃ dimidiam. vt si quarta: quarteq̃ dimidiũ. vt sit octaua. Rursusq̃ totius duplam: dupleq̃ duplã: vt sit q̃drupla: quadrupleq̃ duplam: vt sit octupla. Itaq̃ in tãta rex numerositate nihil efficit sensus. Cuiꝰ omne iudicium subituz atq̃ in superficie positũ integritatẽ perfectionemq̃ non explicat. Iccirco non est aurium sensui dandũ omne iudiciũ: sed exhibenda ẽ etiam ratio que errantem sensum regat ac tẽperet: qua labẽs sensus deficiensq̃ veluti baculo innitatur. Nam vt singule artes hñt instrumenta quedã: quibus partim confuse aliquid informent: vt asciculuz: partim vo quod est integrũ deprehendat: vt circinũ Ita ẽt armonica vis hz duas iudicii partes: vnam q̃dem hmõi: per quã sensus comprehendit subiectorũ differentias vocum. Aliam vero: per quam ipsarum differẽtiax integrũ modũ mẽsurãq̃ considerat.

¶ Quid sit armonica regula: vel quam intentionez armonici pythagorici: vel aristoxenus: vel ptolomeus esse dixere. Capitulum. ii.

Huiusmodi igitur instrumentũ in quo rationis adhibito modo sonox differentie perquiruntur: vocatur armonica regula. in q̃re multox doctorũ sententie discordia fuit Quidã enĩ qui pythagoricis disciplinis maxime crediderunt. hanc intentionem armonice eẽ dicebant: vt cuncta rationi consentanea sequerentur. Sensuz enĩ dare quedam quodã mõ semia cognitionis: rationẽ vero perficere. Aristoxenus vo econtrario rationem qdẽ comitẽ ac secũdariam esse dicebat cuncta vo sensus iudicio terminari: ⁊ ad eius modulationẽ consensumq̃ eẽ tenendũ. A ptolomeo autem quodã mõ alio armonice definitur intẽtio. ea. ſ. vt nihil auribus rõniq̃ possit esse contrarium. Id enim secundũ ptolomeũ armonicus videt intendere: vt id q̃ sensus iudicat rõ quoq̃ ꝓpendat: ⁊ ita rõ ꝓportiões inueniat vt ne sensus reclamet. duorũq̃ hox concordia oĩs armonice ĩtentio misceat. Atq̃ in eo maxime aristoxenũ ac pythagoricos reprehendit: qd aristoxenus nihil rationi. Sed tantũ sensibus credit: pythagoricos aũt: quod minimum sensibus plurimum tamen ꝓportionibus rationis inuigilent.

¶ In quo aristoxenus vel pythagorici vel ptolomeum grauitatem atq̃ acumen constare posuerunt. cap. 3.

Quoniam vero sonum omnes esse cõsẽtiũt aeris ꝓcussionez: grauitatis atq̃ acuminis differentiã diuersa ratione ponebant aristoxenum secuti: ⁊ pythagorici. Aristoxenꝰ q̃ppe sonox differentias secũdũ grauitatẽ atq̃ acumen arbitrat in qualitate cõsistere pythagorici vero in quãtitate ponebãt. Ptolomeꝰ aũt pythagoricis propior videt. Iccirco qm̃ ipse quoq̃ grauitatem atq̃ acumen nõ in qualitate putat: sed in quantitate constitui. Eteni spissiora ac subtiliora corpa acumen: rariora: ⁊ vastiora edere grauitatẽ. vt nihil nũc de intensionis relaxationisq̃ modo dicat. Quãq̃z ẽt cum relaxatur aliqua quasi sit rarius atq̃ crassius: cũ vo intenditur spissius redditur: subtiliusq̃ tenuatur.

¶ De sonorũ differẽtiis ptolomei sententia. Capitulum. 4.

Is igitur ita expeditis differẽtias sonoruz ptolomeus diuidit hoc modo Vocum alie sunt vnisone: alie minime. vnisone sũt: q̃x vnus sonus. ẽ vel in graui vel in acuto. Mõ vnisone vo: qm̃ alia est grauior. alia acutior Hax partim ita sunt: vt eax inter se differentia cõmuni fine iũgat. Mõ. n. discreta est: sed a graui ĩ acutum ita ducit: vt cõtinua videatur. Alie vo sunt non vnisone: quax differentia silentio interueniente distinguitur: vt vo voces cõmuni fine iungant: fit hoc mõ Sicut enim cum in nubibus arcus aspicitur: ita colores sibimet sunt proximi: vt non sit certus finis: cũ alter ab altero disgregẽt. Sz ita verbi grã a rubro discedit ad pallidum: vt per cõtinuã mutationem in sequentẽ vertat colorẽ nullo medio certoq̃z iteruenente: qui vtrosq̃z distingnat: ita etiã fieri solet in vocib⁹ vt si qs ꝓcutiat neruũ eumq̃z dũ percutit torq̃at: euenit: vt ĩ principio pulsus grauior sit: dũ torq̃tur vo vox illa tenuet: cõtinuiq̃z fiant grauis vocis sonitꝰ ⁊ acute

¶ Que voces armonie sunt apte. Cap. 5.

Cum igit non vnisonarum vocũ alie sint continue: alie disgregate. Continue quidem tales

sunt. v

sunt: vt inter se earũ differentia cõmuni fine iunga tur: nec habeat locũ designatũ vox acuta grauisq; quem teneant. Discrete vo habent ppios locos: ve luti colores impermixti quox differentia visitur suo quodam loco constituta. Continue quidẽ nõ vnisone voces ab armonica facultate separantur. Sunt enim sibi ipsis dissimiles: nec vnum aliquid personantes. Discrete vo voces armonice subiiciuntur arti. Pot enim distantium sibiq; dissimilium vocũ differentia deprehendi. in quibus que iuncte efficere melos possint. ἐμμελέις. dicuntur. ἐκμελεις. autem quib' iunctis effici non potest.

¶ Quem numerum proportionum pythagorici statuunt. Capitulum. 6.

Onsone aũt vocãtur: que copulate mixtos suauesq; efficiũt sonos. Dissone vo q̃ minime. Et hoc qdem est ptolomei de sonorum differentia iudicium. Nunc aũt quid a ceteris musicis in consonantiarum positiõe dixerit: dicendũ videt': pythagorici. n. consonantias diapente ac diatessaron simplices arbitrantur: atq; ex his vnã diapason consonãtiã iungunt. Esse ẽt diapente ac diapason: ⁊ bis diapason: Illã triplicis hãc quadrupli. Diapason vo ac diatessaron consonantiã esse non estimant: iccirco qm̃ non insuper particulari vel multiplici cadit ꝓparatione. Sed in multiplici superpartiente. Est. n. hec proportio vocũ. vt octo ad. 3. si quis enim hox in medio quatuor. ponat efficit terminos hos. 8. 4. 3. Quox octo ad. 4. diapason efficiunt consonantiam. 4. ad. 3. diatessaron octo vo ad. 3. in multiplici suppartiẽte constituitur que autem sit multiplex superpartiens ꝓparatio: ex arithmeticis libris cognoscendũ est: ⁊ ex his que secũdo huiꝰ institutionis libro digessimus. Pythagorici aũt consonantias in multiplicibus ac suppartiularib' ponũt sicut in eodẽ libro scdo: quartoq; p̃dictum est. A suppartientibus vo ac multiplicib' superpartientib' cõsonantiã separant. Quibus aũt modis diapason quidem duplici diatessaron vo sesquitertio. ac diapente sesqualtero iungũt pytagorici: ex secundo huius institutionis musice libro ⁊ quarto petendum est.

¶ Quod reprehendat ptolomeus pythagoricos in numero proportionum. Capitulum. 7.

Eprehendit aũt pythagoricos ptolomeꝰ totamq; eã quã predictis libris exposuimꝰ demonstrationẽ pluribꝰ modis. in quo totum illud etiam qd̃ diatessaron ac diapente sesqualtero ⁊ sesquitertio coniungunt. in reliquis vero superparticularibus cum eiusdẽ sint generis: nullas omnino applicẽt consonantias.

¶ Demonstratio secundum ptolomeũ diapason ⁊ diatessaron consonãtie. Ca. 8.

Robat aũt ex diatessaron ⁊ diapason quãdã fieri simphoniã hoc mõ. Qm̃ enim diapason consonantia talẽ vocis efficit coniũctionem: vt vnꝰ atq; idẽ neruꝰ eẽ videat'. Idq; pythagoriciquoq; cõsontiunt. Quo circa si qua ei consonantia fuerit addita integra inuolataq; seruãtur. Ita enim diapason consonatie additur tanq̃ vni neruo. Sit igitur diapason consonãtia que cõtineat' inter hypaton meson ⁊ netẽ diezeugmenon. Utraq; hec ita sibi consentit: at coniungitur sono vt vna vox quasi vniꝰ nerui: non quasi duox mixta pellat auditũ quãcũq; igit' huic diapasõ ꝓsonãtie cõsonantiã iunxerimus: seruatur integra qꝛ ita iũgitur tanq̃ vni vocule ac neruo. Si igitur hypate meson ⁊ nete diezeugmenõ due in acutũ diatessarõ fuerint iuncte. si cõiungitur nete quidem diezeugmenõ ea que est nete hyperboleon: hypate ãt meson eaque est mese. vtraq; ad vtrãq; cõsonabit. ⁊ mese ad netẽ diezeugmenon: ⁊ eadẽ mese ad hypatẽ meson. Item nete hyperboleon ad netẽ diezeugmenõ ⁊ ad hypatẽ meson. Itẽ si ad grauiorẽ partẽ vtriusq; diatessarõ ꝓsonãtie relatẽt' erit ad meses qdẽ hipatõ diatessarõ retinẽs cõsonantiam hypate hypaton: ad netẽ autem diezeugmenõ parameſe. Consonabitq; ⁊ hypate hypaton ad hypate meson. ⁊ ad neten diezeugmenon. ad paramesen nete diezeugmenõ: ⁊ ad hipatẽ meson. Sed eo modo vt grauior que est: ad sibi q dem proximam diatessaron retineat consonantiã. ad vlteriorẽ vo diatessaron ac diapason: vt hypate hypatõ ad hipatẽ mesõ diatessarõ ad netẽ diezeugmenõ diatessarõ ac diapasõ. Itẽ nete hypboleõ q̃ ẽ acutior: ad sibi proximam netẽ diezeugmenon diatessaron cõsonãtiã: ad hypatẽ mesõ diatessarõ ac dipasõ

¶ Que sit proprietas diapason consonantie. Capitulum. 9.

Oc vero iccirco euenire cõtẽdit: qm̃ diapason pene vna vocula est: talisq; ꝓsonantia vt vnũ quodammodo effingat sonum: ⁊ sicut denario nũero q fuerit additus intra eũ positꝰ integer inuiolatus seruatur: cũ in ceteris ad ita minime eueniat: ita ẽt in hac cõsonãtia Illã si duo tribus adiicias: quinq; continuo reddis: ⁊ numeri spẽs imutata est. Si vo eosdem denario addas duodecim feceris: ⁊ binarius iunctꝰ denario cõseruatus est. Itẽ ternarius ceteriq; eodẽ mõ. ita igit' simphonia diapason quãcũq; aliã suscepit cõsonantiam: seruat nec imutat: nec ex cõsona dissonã reddit Illã sicut diapente simphonia iuncta diapason consonantie in tripla. s. proportione diapason ac diapente consonantiam seruat: ita ẽt diatessaron cum sit consonantia iũcta cũ diapason: aliam consonantiam reddit: ⁊ fit secundum ptolomeũ alterius consonantie additio. eiusq; est diapason ac diatessaron in multiplici superpartiente constituta. Estq; ea proportio dupla superbipartiens: vt octo ad tres: habent enim ternariũ octo bis: duasq; eius ptes idest duas vnitates.

¶ Quibus modis ptolomeus consonantias statuat. Capitulum. io.

T de pythagoricorum quidem opinione ptolomeus ita diiudicat. Quibus vo modis ipse cõsonantiarum proportiões numerosq; vestiget: hinc ordiendũ est. voces inquit inter se vel vnisone sunt: vel nõ vnisone. Nõ vnisonax autẽ vocũ alie quidem sunt equisone: alie emmelis: alie dissone: alie ecmelis: Et vnisone quidem sunt: que vnum atq; eũdẽ sigillati pulse reddũt sonũ. Eqsone vo: que sil' pulse vnũ ex duobus atq; simplicem quodãmõ efficiũt sonũ: vt est diapason ea que duplicata: que ẽ bis diapason. Consone aũt sũt q̃ cõpositũ pmixtũq; suauez tñ efficiunt sonũ: vt diapente ac diatessaron. Emmelis aũt sunt quecũq; qdẽ cõsone nõ sũt: possũt aptari tñ recte ad melos: vt sũt be q̃ consonãtias iungunt. Dissone vero sunt. que non pmiscent sonos: atq; isua uiter feriunt sensum. Emmelis vo que nõ recipiũtur ſconsonantiarum cõiunctione: de quib' paulo posterius in diuisione tetracordorũ dicemus. Qm̃ igitur vniuocis quidem comparationibus proxime sunt equoce: necessarie est vt equis numeris ea numerox in

equalitas adiungatur: que est proxima equis. Est aũt iuxta equalitatẽ numerorũ ea que est dupla. Mã ⁊ prima multiplicitatis species est: ⁊ maior numerus cum minorem numerum superuenit: eque ipsi minori trãscẽdit: vt duo vnũ vno transgrediuntur: qui eidẽ vnitati equalis est. iure igitur duplex proportio eqsonis aptatur. i. diapason. Bis diapasõ vero bis duplici. i. quadruplo. que autem proportiones diuidunt duplicẽ proportionẽ prime ac maxime: bis aptande sũt cõsonantiis que diuidunt diapason equi consonãtiam. vnde fit: vt diapente quidem sesqualtere: diatessarõ vero sesquitertie comparationi copulẽtur. Juncte vero ꝓsonantie cum equi sonis alias efficiunt consonãtias: vt diapente ac diapason in triplo: diatessaron ac diapason in ea proportiõe que est octo ad tres. Emmelis aũt sunt que diapente ac diatessaron diuidunt: vt tonus ceterecq; proportiones: de quibus paulo posterius in diuisione tetracordorum loquemur: simplices earum scilicet partes.

¶ Que sunt equisone: que consone: que emmelis.
Capitulum. 11.

Situr equisone quidẽ sunt diapason ac bis diapason: qm̃ earum temperamento mirtu raq; vnus atq; simplex quodammõ efficit sonus. Consonantie autem sunt prime qdẽ in superparticularib⁹ sesqualtera ⁊ sesqtertia. i. diapente ac diatessaron: Et diapason ac diapente ⁊ diapason ac diatessaron be sunt composite atq; coniuncte ex eqsonis ⁊ consonantibus. Emmelis aũt reliqui: qui inter has poni possunt: vt inter diatessaron ac diapente differentia tonus. iũgũturq; quodã modo equisone qdem ex consonantibus: vt diapason ex diatessaron ⁊ diapente ꝓsonãtie ãt ex his: q emmelis soni vocantur: vt eadem diapente ⁊ diatessarõ tonis ceterisq; dicendis posterius proportionibus. sed quomodo quidem horum olum proportio colligi possit: ex eo loco sumẽdum est: quem quarto volumine in fine descripsimus: vbi numerus super semisperia tendebatur. Ibi enim deprehenditur equisonantia diapason ac bis diapason: ⁊ cõsonantie simplices diapente ac diatessaron: ⁊ consonantie composite diapason ac diapente: ⁊ diapason ac diatessaron ⁊ qui sunt emmelis soni: vt in toni differentia consistentes.

¶ Quemadmodum aristoxenus interualla consideret
Capitulum. 12.

Uid vero de his aristoxenus sentiat: breuiter aperiendũ est. Ille enim qm̃ minime tractatum rationi constituit. Sed aurium iudicio ꝓmittit. Jccirco voces ipas nullis numeris: notat: vt eax colligat ꝓportiones: ⁊ eax in medio differentiã sumit: vt speculationẽ nõ i ipsis vocibus. Sed in eo quod inter se differunt: collocet: nimis improuide: qui differentiam se scire arbitretur earum vocum: quarum magnitudinem nullã: mensuram ve constituat. hic igitur ⁊ diatessaron cõsonantiam duorum tonorum ac semitonii esse proponit: ⁊ diapente trium tonorum ac semitonii: ⁊ diapason sex tonorum: quod fieri non posse superioribꝰ voluminibus demonstratum est.

¶ Descriptio octocordi: qua ostenditur diapason consonantiam minorem esse sex tonis. Capitulum. 13.

Ocet autem ptolomeus per cuiusdam octocordi diuisionem diapason intra sex tonos cadere hoc mõ. Intendantur. n. octocorde. i. a. b. c. d. e. f. g. h. fiatq; sesquioctaua. a. k. eiꝰ q̃ ẽ. b. l. ⁊ b. l. eius que est. c. m. ⁊ c. m. eius que est. d. n. ⁊ d. n. eius que est. e. x. ⁊ e. x. eius. q̃ est. f. o. ⁊ f. o. eius que est. g. p. Erunt igitur sex toni. Rursus inter. f. o. ⁊ g. p. h. ducatur medius neruꝰ ad R. Erit igit. a. k. dupla ab eo qd̃ est. h. R. pulse igit fit. a. k. h. R. diapason equisonãtiã cõsonabũt. Si vero aliquis. g. p. percutiat. semper erit paulo acutior quã est. h. R. Ac ꝑ hoc transcendunt sex tõi diapason cõsonantiam. Si enim. a. k. ⁊ g. p. diapason pulsati resonarent: tonorum sex esset diapason cõsonãtia: Si vero his non consonantibꝰ. a. k. ⁊ h. R. diapason consonarent: ⁊ h. R. acutior esset quam. g. p. diapason consonantia sex tonos excederet. Nũc vero qr consonantibꝰ. a. k. ⁊ h. r. ab ea que est. g. p. grauior inuenit: non potest dubitari. qn sex toni diapason consonantiam excedant. Atq; ita sensu quoq; potest colligi diapasõ cõsonantiam inter sex tonos cadere: Sic igitur aristoxeni error sine dubitatione conuincitur.



¶ Diatessarõ cõsonantiã tetracordo contineri. ca. 14.

Une de tetracordorum diuisione dicendũ est
n Et enim diatessaron consonãtia quatuor efficitur neruis. Jccirco etiam diatessaron nuncupatur: vt igitur duobus neruis altrinsecus positis ad diatessaron simphoniã consonãtibus tetracordũ fiat: duos necessarie est statui in medio neruos: q ad se inuicem: atq; ad extremos tres ꝓportiões efficiãt.

¶ Quomodo aristoxenus vel tonum diuidat: vel gña eiusq; diuisionis dispositio. ca. 15.

Oc igitur diatessaron aristoxenus per gña ta
b li ratione partitur. Diuidit enim tonũ in duas partes: atq; id semitonium vocat. Diuidit in tres: cuius tertiam diesin vocat cromatis mollis diuidit in. 4. cuius quartam cum propria medietate. i. cũ octaua totius toni appellat diesin cromatis hemiolii Rursus solam quartam eius vocat diesin enarmonios: Cum igitur hec ita sint: cumq; generuꝫ diuisio

secundum

secundum eũ sit duplex: vnum quidẽ genus est mollius. Aliud vero incitatus. Et mollius quidez est enarmonium. incitatus vero diatonicuz. Inter hec vo cõsistit cromaticum incitatione mollitieqz participans. fiunt igitur secundum hunc ordinem differentie permixtorum genex sex. Una qdẽ enarmonij. iii. aũt cromatici. i. crõatici mollis. ⁊ cromatici hemiolii: ⁊ cromatici toniaci. Due vero relique diatonici mollis atqz icitati. Quox oium talis secundum aristoxenũ diuisio est. Quoniã enim quarta pars toni diesis enarmonios nuncupari predicta est: quoniãqz aristoxen⁹ non voces ipsas inter se comparat: sed differentiã vocum iteruallumqz metitur: ⁊ secundum eum tonus ẽ duodecim vnitatum: huius erit igitur pars q̃rta dicta diesis enarmonios tres. Quoniam vo ex duob⁹ tonis ac semitonio diatessaron consonantia iungit: erit tota diatessaron ex bis duodecim ac sex vnitatibus cõstituta. Sed quoniã sepe fit: vt si vsqz ad octauas velimus deducere partes: non in integros numeros. sed in aliquas particulas incurramus: iccirco quidem facienda est tota diatessaron consonantia. Ix. At vo. xxiiii. tonus. Semitonium duodecim. pars quarta: que diesis enarmonios dicitur: sex. octaua autem tres. iũcta vo octaua cũ q̃rta. sex. s. cũ trib⁹: vt faciat diesin cromatis emiolij erũt nouem. His igitur ita constitutis tria genera enarmonicum: cromaticũ: diatonicũ: bas aristoxeno videntur: habere ꝓprietates. vt alia eox dicãtur spissa: alia minime. Spissa sunt: quorum due grauiores ꝓportiones. Unã eã: que ad acutũ apposita ẽ magnitudie nõ vicũt. Mõ spissa vo quorũ due ꝓportiones vnam reliquam poterunt supare est autem enarmonium ⁊ cromaticum spissũ: diatonicum vero non spissũ. Itaqz enarmonium secũdum aristoxenum diuiditur. vi. vi. xlviii. vt iter graue ner uum. ac ꝓpe graue fit quarta ꝑs toni: que dicit diesis enarmonios. cũ sit tonus. xxiiii. vnitatibus constitutus. Item secundum interuallum a graui neruo ad tertium sit eadẽ q̃rta ꝑs toni. Reliq vo qui restant ex sexaginta qui totius proportionis sunt inter tertiũ a graui neruo atqz acutissimũ q̃rtũ ponũtur. xlviii. ⁊ ⁊ due proportiones ad grauem posite. i. vi. ac. vi. vnã reliquam ad acutũ locatã. i. xlviii. non vincunt. Cromatis vero mollis hanc facit diuisionẽ. viii. viii. xliii. vt octo atqz octo sint tertie partes tonox: est enĩ tonus (vt dictum est). xxiiii. vnitatũ: ⁊ dicitur toni ꝑs tertia diesis cromatis mollis. Item cromatis hemiolii diatessaron ita partitur. viiii. viiii. xlii. Est aũt diesis cromatis hemiolii pars octaua tõicuz. Quarta. i. ex. xxiiii. sex cum tribus. Item cromatis toniaci. Talis secundum aristoxenũ partitio est. xii. xii. xxxvi. Scilicet vt ĩ duob⁹ iteruallis singula semitonia constituat ⁊ quod reliquũ est ĩ vltimo. Atqz ĩ his oib⁹ due ꝓportiones: que grauiori neruo sunt ꝓxime. reliquã: q̃ ad acutum posita est: magnitudine minime superãt. sũt. enim (vt dictum est) spissorum generum. Spissa qpe genera sunt enarmonium atqz cromaticum. Diatonica vo diuisio ipsa quoqz ẽ duplex. Et mollis qdẽ diatonici diuisio est hoc mõ. xii. xviii. xxx. vt duodecĩ semitonium fit: decẽ ⁊ octo semitoniũ ⁊ quarta ꝑs toni. xxxii. vo quod reliquum est. Quorum decem ⁊ octo ⁊ duodecim efficiunt triginta: nec superãt ab ea parte que reliqua est. Itẽ diatonici incitati talis ꝓtitio est. vt semitoniuz ac duos habeat integros tonos i. xii. xxiiii. xxiiii. ex qbus. xxiiii. ⁊. xii. i. xxxvi. non superantur a reliqua parte que ad acutum est. Sed potius vincunt Est igitur secundum aristoxenum tetracordorum p̃dicta partitio: que subiecta descriptione monstrabitur.

Diuisio diatonici incitati

Diuisio diatonici mollis

Diuisio chromatis Toniaci



Diuisio chromatis hemiolii

Diuisio chromatis mollis

Diuisio enarmonii



¶ Quomodo architas tetracorda diuidat eorumq; de scriptio. Capitulum. 16.

Architas vero cuncta in ratione constituēs non modo sensum aurium in primis consonantijs obseruare neglexit: verum etiam maxime in tetracordorum diuisione rationem secutus est. Sed ita. vt neq; eaz quā querebat efficaciter expediret: neq; sensui proposita ab eo ratio consentiret. Ille enim tria esse genera arbitratur: enarmonium. diatonicum. cromaticum. In quibus eosdem grauissimos statuit atq; acutissimos sonos in omnibus quidem generibus grauissimos sonos faciēs. ii. xvi. acutissimos vero. M. dxii. inter hos in tribus generibus neruum grauissimo proximum collocat eum. s. qui sit. ī. dccccxliiii. vt ad euz. ii. xvi. sesquiuicesimam septimam obtineant proportionem. Post hec vero infra acutum neruum. Tertiuz vero a grauissimo eum collocat in enarmonio genere: q sit. ī. dcccxc. ad quem. ī. dccccxliiii. sesquitricesima quinta proportione iungantur. Idemq; ī. dccxc. ad acutissimum. ī. M. dxii. In sesquiquarta proportione sit cōstitutus. Item in diatonico genere tertium quidem a grauissimo neruo: secundū vo ab acutissimo eā ponit: qui sit. ī. dcci. ad quos. ī. dccccxliiii. sesquiseptima proportione coniuncti sunt. Ipsi autem. ī. dcci. ad acutissimum. ī. dxii. sesquioctaua. in cromatico vero genere tertium a grauissimo: ⁊ secunduz ab acutissimo enim ponit: qui ad. ī. dcci. qui est tertius a grauissimo in diatonico genere: eam obtineat proportionez. quā obtinet. cclvi. ad ccxliii. hic autem est. ī. dccxcii. q est secundus ab acutissimo appositus: habetq; proportionem. Secundus ab acutissimo in diatōico genere. i. ī. dcci. ad secūdū ab acutissimo in chromatico genere idest. ī. dccxcii. eam quā habent. ccxliii. ad. cclvi. eorū q; tetracordorum secundum architē sententiam diuisorum formam monstrat subiecta descriptio.



¶ Quemadmodum ptolomeus ⁊ aristoxeni ⁊ architē tetracordorum diuisiones reprehendat. Cap. 17.

Sed vtrasq; tetracordorum diuisiones ptolomeus ita reprehendit. Architam quidem primo: quoniam secundus ab acutissimo neruus in cromatico genere idest. ī. dccxcii. ita est collocatus: vt nec ad acutissimum. ī. dxii. nec ad proximum grauiori. ī. dccccxliiii. vllam superparticularez efficiat proportionem. cum architas tantam suppar ticularibus comparationibus habuit dignitatem: vt eas etiam in consonantiaruz ratione susceperit. De hinc q; primam a grauissimo proportionez in cromatico quidem maiorem sensus deprehendat: quam fecit architas. hic nāq; in crōatico genere. ī. dccccxliiii. ad. ii. xvi. distare fecit sesquiuicesimam septimaz proportionem: cum secundum consuetam cromatici generis modulationem sesquiuicesima prima esse debuerit. Item enarmonium genus ea proportio: quaz primam a grauissimo secundum architē retinet diuisionem talis est: vt longe minor esse debat: quaz in ceteris generibus inuenitur. hic autem equam eam ceteris generibus statuit: dum primas a graui proportiones in tribus generibus sesquiuicesimas septimas ponit. Aristoxenum vero culpat: quoniam in cromate molli ⁊ cromate hemiolio tales posuerit primas secūdasq; a graui neruo proportiones: que a se a minimo ⁊ quantum sensus non possit internoscere: distarent. Est quippe proportio prima ī cromatis mollis prima diuisione secundum aristoxenum octo. at in cromate hemiolio nouem. Sz octo ad nouem vnitatis differētia distant. Est autem tonus totus. xxiiii. vnitatibus secundum positionem: quorum vnitas. xxiiii. est. Prime igitur a graui inter se proportiōes cromatis mollis: ⁊ cromatis hemiolii. xxiiii. parte toni distant. qō propter breuitatem differentie nullo modo sentit auditus. Idem etiam aristoxenum reprehendit. cur diatonici generis duas tantum fecerit diuisiones. vt in molle incitatumq; diuideret: cum possint alie quoq; diatonici generis species inueniri.

¶ Quemadmodum ptolomeus tetracordorum diuisionem fieri dicat oportere. Capi. 18.

Ptolomeus tetracorda diuersa ratiōe partitur illud ī principio statuēs: vt inter duos altrinsecus sonos tales vocule aptentur: q̄ se superparticularibus proportionibus excedant inequalibus: tamen: quoniam superparticularis proportio non potest in equa diuidi. De hinc vt omnis comparatio: que fit ad eum neruum qui est grauissimus in tribus: minor sit ceteris: q̄ acutis vocibus cōiungūtur. Sed in his: ea q̄ spissa nominamus talia esse debent: vt due proportiones: q̄ grauitati sunt proxime: minores sint ea proportione: que relinquintur ad acutum: in non spissis vero ut in diatonicis generibus nusq; vna.

¶ Nicolaus

finis.

¶ Nicolaus Judecus Venetus. Donato Livalello viro Rethorico. S.

Recognoscens superiorib⁹ diebus Donate Musarum cultor elegantissime quosdam divi Boetij de Geometria libros consulto Euclidis greco exemplari. Cuius ille compluscula Theoremata ad verbuz latina fecit: animaduerti eminentissimum geometram euclidem a nostris ⁊ mendose ad modum legi: ⁊ (vt mea quidē fert opinio) non satis recte exponi. Sed prius illud fere traductoris culpa accidisse videt. Is. n. quicūqz tādem fuerit: e barbara lingua greca volumina trāsferēs semilatina. reddidit. Mā vocabula quedā ita: vt iacēt: barbara dimittit: cū tñ latini sua habeant ⁊ qdem optima ac probatissima. Quam enī quadrilaterā figurā. Rhombū ⁊ greci ⁊ nostri appellāt: ille verbo quodam (vt ita dicā) exotico helmuaim vocat: ⁊ huic affinē: quam greci Rhomboiden dicunt. Similē helmuaim. Sunt ⁊ alie q̄dā q̄drilatere figure: q̄s greci trapezia: nostri Mēsulas nomināt. Has noster hic interpres latini atqz greci vocabuli pereque ignarus Helmuarifas dicere nō vereť. Sed sint sane hec leuia ⁊ nō mlta aīaduersiōe digna. Illud certe (ni fallor) defendi nulla excusatione pōt. q̄ rex definitōes: qbus vt principijs totius scientie vtimur: ⁊ confundēdo falsas facit: ⁊ quas Euclides minime somniauit in eax locū: que illius erāt: temerario quodam ausu supponit. Mā statī in initio operis lineā huiuscemodi definitionis termino claudit. Linea est longitudo sine latitudine: cuius quidē extremitates sunt duo puncta. Hec vero finitio ei linee accōmodari minime pōt. q̄z peripheriā greci nomīant: cū illa extremis nullis finiať: q̄z q̄z quidā ex recentioribus falsa translatione decepti hanc tanq̄z Euclidis veram definitionē defēdere conāť: dicentes peripheriam quidē extremis ⁊ finibus actu carere: aptitudine vero (vt eorū vtar vocabulo) fines ⁊ terminos agnoscere. Quod pridiculū ē. Siquidē eodē exemplo lineam ipse definiam longitudinē citra latitudinē: que qdē extremis careat: q̄ si reclamabis ⁊ lineā objcies rectam finitam. Respondebo eā finibus habilitate potētiaqz vocare. q̄z uis actu non vacet. Quamobrez aut vtraqz definitio recipienda est: quo nihil pōt esse absurdius: aut vtraqz reijcienda. Quod rectissima ratiōe fieri constabit. si qs aladuertat: q̄z īcuriose egregi⁹ iste īterpres duas rerum longe aliarū definitiones in vnam quasi formā coniunxerit: atqz ad vnam tantū rem definiendā assumpserit. Nam Euclides cum lineaz diffiniuisset lōgitudinem citra latitudinē: essentqz ex lineis quedā finite ⁊ terminate. Mox declarauit: qui essent linee fines ⁊ termini inquiens. Linee vō extrema puncta sūt. At hic noster tam lepide traductionis auctor ex duarum definitionum permixtione confusioneqz vnū q̄si corpus definitiōis collegit: ac soli linee congruere aptariqz posse putauit. Ad plenā igiť linee definitionē nihil aliud corrogandū est preter id: quod dictū est lineam longitudinem esse citra latitudinem. Sic. n. circū currentes lineas rectas: ⁊ flexuosas complectiť: item finitas pariter atqz infinitas. Ex quib⁹ quidē īfinitas lineas prior nobis iā īfirmata definitio manifestissime non recipiebat. Age ostendamus nunc etiam Euclidis definitiones ab hoc nostro interprete (vt ē i oībus eque diligentissimus) pretermitti q̄ñqz: ⁊ alias q̄sdam pro illis adhiberi. in quo quidem non multum īquirendo laborabimus. Nam statim post dictas descriptiones lineā rectam his verbis definit. Linea recta est ab vno puncto ad alium breuissima extensio ī extrēitates suas vtrūqz eox recipiens. Nō ita Euclides. Sed definitionē vniuersam breuissime colligit ī hunc modū. Recta linea est: que ex equo sua puncta īteriacet. Nō secus in definitione plane superficiei aberrat. Nā cū Euclides sic ōfiniat. Plana superficies ē: que ex equo suas lineas interiacet. Ille quādā lōge aliā cōmentus est definitionē hoc modo. Plana superficies ē ab vna linea ad aliā extensio in extremitates suas recipiens. Sed hec atqz alia huiuscemodi plura partim inscite ⁊ indocte translata: partim etiam īmutata ⁊ inuersa. Si vtrūqz diligenter legere aliquādo tibi contigerit: per te ipse facillime deprehendes. nūc q̄ in expositore Campano in primum elementox libx notaui: explicare tibi aggredior. In qua quidē re ab oībus viris doctis: quibus hec nostra legere ocium erit petituz īpetratūqz esse velim: ne eos viri auctoritas magis moueat: q̄z ratio ipsa ⁊ veritas. Legūť ita qz (vt ad rē īpaz iā veniā) apud Euclidē ī prio elementorum libro duo Theoremata: quorū alterū reciprocat: atqz recurrit ad alterū. Ambo vō deductione ad īcōmodū a Cāpano demōstrata sunt. Sed vt qd ordiar: plani⁹ īteligas: accipe primū Theoremata īpa cū eox deductionibus ita: vt illa legit: atqz astruit cāpanus. Deide qd fortasse peccauerit ille. quidqz nos sentiam⁹: breuiter audies. Theoremata igiť hec sūt.

¶ Ois triāguli longius latus maiori āgulo oppositū ē

f

It vt triāgulo. a. b. c. āgulus. a. sit maior angulo. c. Dico: q̄ latus. c. b. mai⁹ erit latere. a. b. si enī sit eq̄le: erit per. 5. āgulus. a. equalis angulo. c. Quod est contra hipothesiz. Si autē. a. b. sit maius: resecetur ad equalitatem. c. b. per. 3. Sitqz. d. b. equale. c. b. erit ergo per. 5. angulus. d. c. b. eq̄lis angulo. b. d. c. Sed. b. d. c. est maior angulo. b. a. c. per. 16. Ergo. b. c. d. est maior. b. a. c. Quare multo forti⁹ maior. a. c. b. pars toto. Quod est impossibile.



¶ Omnis Trianguli maiori angulo longius latus oppositum est.

s

It vt in triangulo. a. b. c. lat⁹. b. c. sit mai⁹ latere. a. b. Dico: q̄ angulus. a. erit maior angulo. c. ⁊ est conuersa precedentis. Si enim sit equalis: tunc per. 6. latus. a. b. est equale lateri. b. c. Quod est contra hypothesim. Si autem. c. sit maior, tunc per precedentem latus. a. b.

est maius latere.b.c. Quod est contra hypothesim. Quare astruitur propositum.



¶Sic campanus. Sed vt in quo nobis minus recte sensisse videatur: facilius parcipias: pauca quedã ex dialectica facultate partim prenotare: partim intermiscere oportet. Sũt igitur in omni questiõe (vt phi lopono in postremis Analyticis placet) duo: quorum alterum datum est: quesitum alterum: vt si positum ĩ questione fuerit: An celũ rotundũ sit: celum datum ẽ sed an rotundum sit queritur. At campanus proposita Theoremata in datum atq; quesitum nequaq̃ recte soluisse videtur. Nã ĩ priore Theoremate maiorem angulum sibi dari postulat: ⁊ subide querit: an illi maius latus sit e regione constitutum. Cõtraq; in posteriore maiꝰ quidẽ latus dari vult: an vero sit maiori angulo obuersũ: querit. Quod contra faciendũ ẽ Nam quiuis in dialectica mea quidem sententia vel mediocriter eruditus facile videre potest in eo Theoremate: quo omnis Trianguli longiꝰ latus maiori angulo cõtra respondere proponit: longius quidẽ latus triãguli dari subijciq; oportere: an vo maiori angulo sit e regione positũ: queri ac ꝑdicari. Contraq; in conuerso Theoremate maiorem quidem angulum concedi. lõgius vero latus ĩqri. Ob hoc vero peccatum consecutũ est ⁊ aliud longe maius. Nullũ enim ex propositis theorematis assertoria demonstratione cãpanus astruxit: sed vtrũq; ad ĩcõmodũ ducente ostendit. qõ in geometria: vbi fieri potest: vel maxime vitandum est ĩ qua solent demonstrationes afferri ex prioribus notioribusq; nature: nõ nobis modo. Quales sunt: q̃ assertorie: recteq; appellant. Hui⁹ vero errati origo atq; initium huiusmodi fuit. Nã campanꝰ priori theorematí predicationẽ preter naturam dedit Maiorez enĩ angulũ triãguli subijcit: ⁊ predicat longius latus: si qdem in oĩ questione subiectus terminus est: quod datur predicatus: quod queritꝰ. Est autem prius ꝑ naturam Triangulũ latera hẽre: quaq; angulos. Nã ex laterũ coitiõe anguli ꝓficisci: ꝓcreariq; ĩtelligũt. q igit subijcit angulũ trianguli: ⁊ latus ꝑdicat: is illud quod alteri accidit: eiꝰ ꝑdicatõi subijcit: cui accidit: ac ob id predicationem prepostera: ⁊ nature contraria facit. Quã aristoteles aut mõ predicationẽ censet appellãdã. aut predicationẽ quidẽ non simpliciter: sz ꝑ accidens. vbi igit ꝑdicatio ꝑter naturã hẽtur: aut difficile: aut certe ĩpossibile ẽ assertoriã demõstrationẽ accommodare. In huiuscemodi nãq; demõstratiõe necesse ẽ ⁊ maioris extremitatis q̃ ĩ ꝛclusione ꝑdicat: ⁊ minori extremitati: que in eadem subijcitur causa: esse mediũ. At fieri nullo mõ põt. vt ei qõ accidit: eiꝰ cui accidit: ꝓpriã cã eẽ statuat. Hic coactus ẽ cãpanus ĩ priore theoremate: qõ ĩ datũ atq; q̃sitũ ĩpite secuisset: demõstratiõe vti ad incõmodũ ducẽte. ⁊ qz illud putabat principale: posterius: quod ad ipsũ cõmearet: nõ alia collectiõe. q̃z ad incõmodũ ducẽte astruxit. Atq; ita nullã demonstrationẽ rectã assertoriãq; ad ea: que dicimus theoremata colligẽda cãpanus adhibuit. quod tamen oportuit: cum ipsa sit ad incõmodũ ducẽte potior. Hec sunt mi donate: que quãtũ ad proposita theoremata attinet: in campano reprehendenda censuimꝰ: sed hec: que stricti disputauimꝰ: illos: non exacte subtiliterq; ĩtellecturos certo scio: q postremos. Analyticos aristotelis non diligentissime legerint. Reliquum igitur est: vt illa ipsa theoremata (quẽadmodu; polliciti sumus) demonstremus traducta tamen prius: vt traducenda erant. Soluemus igitur ⁊ separabimus theorema principale in datum atq; quesitum: vt oportet: ⁊ ad ipsum astruendum assertoria demonstratione vtemur. Posteriusꝶ theorema: quod ad principale recurrit: cum predicationẽ preter naturam sortiatur demonstratione ad incommodum perducente breuiter colligemus. Demõstrationes igitur ipsas aggredimur: intende.

¶Omnis trianguli maius latus sub maiore angulo ꝑtenditur.

s Sit enim triangulum.a.b.c.habens latus: qõ est.a.c.maius eo latere quod est.a.b.aio angulum quoq;.a.b.c.sub quo latus.a.c. protenditur: maiorem esse angulo.b.c.a.cui contra respondet latus.a.b.nam qz maius est latus.a.c. q̃z.a.b.constituatur ipsi.a.b.equale ipsum.a.d.⁊ protrahat ĩpm b.d.latus ⁊ quoniam trianguli.quod est.b.d.c. exterior angulus est is: qui est.a.d.b.maior vtiq; erit interiore ⁊ ex aduerso constituto ãgulo.d.c.b.equalis vo est angulus.a.d.b.ipsi.a.b.d.angulo.nam latus quoq;.a.b.lateri.a.d.equum erat. Maior itaq; est angulus.a.b.d.ipso.a.c.b.angulo.multo igitur maior erit angulus.a.b.c.angulo.a.c.b. Omnis igitur trianguli maius latus sub maiore angulo protenditur. Quod oportebat demonstrare.



¶Omnis trianguli sub maiore angulo maius latus ꝑtenditur.

s Sit triangulum.a.b.c.maiorem habens .a.b.c.angulum eo: qui est.b.c.a. Aio latꝰ quoq;.a.c.ipso.a.b.latere maius esse. naz si maius non sit: aut equale erit ipsum.a.c. ipsi a.b.aut minus.equale. sane non est ipsum.a.c.ipsi. a.b.equalis enim foret etiam angulus.a.b.c.angulo.a.c.b.atqui non erat: Non igit eq̃le ẽ ipsũ.a.c.latꝰ ipsi. a.b.lateri. Neq; vo minꝰ ẽ ĩpm.a.c.ĩpo.a.b.maior enĩ foret angulus.a.b.c.angulo.a.c.b.atq nõ erat. si igit mi

ar tu quoq; eodẽ errore prolapsꝰ demonstrãdo rectam relinquens ad impossibile reprehensi per hoc dicimus.

minus est ipsum.a.c.latus ipso.a.b.latere.demõstratum autem est neqz equale illi esse.maius itaqz erit ipsum.a.c.latus ipso.a.b.latere.Omnis igitur trianguli sub maiore angulo maius latus protenditur. qõ oportebat demonstrare.



¶De sunt igitur huiuscemodi theorematum demonstrationes cum faciles:tum verissime ⁊ que maxime quadrent. Sed anteqz te dimittã:volo audias ⁊ aliõ quoddam huius hominis erratum leuiusculuz fortasse:turpe tamen:⁊ viro philosopho non negligenduz Habetur enim in eodem elementorum primo problema istiusmodi:ad datam rectam lineam:datumqz in ea punctum:dato angulo rectilineo equum angulum rectilineum constituere,hoc vero sic legit: deducit cã panus.



¶Data recta linea sup terminum eius cuilibet angulo proposito equum angulum designare.

Jt data linea.f.e.⁊.sint linee.b.a. continentes angulum datuz cui subtendã basim.c. Super punctum.f.linee.e. f. iuberẽ facere eq̃lẽ angulũ angulo dato ad lineaz.e.f.adiungo.f.d.equalẽ linee.a.⁊ ex.f.e.sumo.f g.equalem.b. ⁊ ex.g.e.sumo.g.h.equalem.c.⁊ sup pũcta.f.⁊.g. describo duos circulos.d.k.⁊.k.h.ꝑm quantitatẽ duaꝝ linearum.f.d.⁊.g.h.⁊ intersecantes se in puncto.k.sicut docuit precedens.ductisqz lineis.k.f.⁊.k.g.erũt equalia duo latera.k.f.⁊.f.g.trianguli.k.f.g.duobus lateribus.a.⁊.b.trianguli.a.b.c.⁊ basis.g.k.eq̃lis basi.c.ergo per octauam angulus.k.f.g. equalis erit angulo contento ab.a.⁊.b.quod est propositum.



¶Hec descriptio primiore aspectu satz scite satisqz sollicite facta videtur.sed si curiose attenteqz lectites: inuenies eam a seria doctrina philosopho probari non decere.nam cum artem nature emulã esse oporteat ipsaqz natura superuacaneis non abundet:non artificiose describere iudicandus est:qui plura in describẽdo congerit quaqz quibus ad demonstrationẽ vti necessarium sit.quod campanus nescio quomodo nõ deuitat:sed apertissime incurrit:quid enim sibi vult illa duorum circulorum designatio:quid illa tot cadẽ quãtitate linearum tam sollicita ductio. Nonne poterat:ac maxime debebat:dato ãgulo:qui.a.⁊.b.lineis cõtineret: ⁊ basi.c.adiecta:antierate illa:⁊ quasi morositate descriptiõis ꝑtermissa :stati assumptz trib⁹ lineis:qua essent designatis equales:triangulum constituere.Quod fieri uicere ex supiore problemate abũde constabat.Quare q istiusmodi problema diligentius pressiusqz ostendere volet:is(vt opinor)sic demonstrabit.



¶Ad datam rectam lineam:datumqz in ea punctum: dato angulo rectilineo equum angulum rectilineum constituere.

Jt data recta linea.a.b.datumqz in ea pũctũ a.Datus vero angulus rectilineus.d.c.e.opz igitur ad datam rectã lineam.a.b. ⁊ ad datũ in ea punctum.a.dato angulo rectilineo d.c.e.equalem angulum rectilineum constituere sumantur in lineis.e.d.⁊.c.e.puncta(si lubet).d.⁊.e.⁊ protrahatur .d.e.⁊ ex tribus rectis lineis.a.f.⁊.a.g.⁊.f.g.que sũt datz rectz lineis trib⁹.c.d.⁊.c.e.⁊.d.e.eq̃les.Triãgulum constituatur.a.f.g.ita:vt equalis sit ipsa.c.d. linea ipsi.a.f.ipsa.vero.c.e.ipsi.a.g. postremo ipsa.d. e.ipsi.f.g.Quoniam igitur duo linee recte.d.c.⁊.c.e. duabus rectis lineis.f.a.⁊.a.g.equales sunt altera alteri.⁊ basis.d.e.basi.f.g.equa habetur:angulus quoqz.d.c.e.angulo.f.a.g.que equalis erit.Ad dataz itaqz rectam lineam.a.b.datumqz in ea punctum.a. dato angulo rectilineo.d.c.e.equalis angulus rectilineus f.a.g.constitutus est.Quod oportebat facere.Addidissem quoqz alia plura longe etiam grauiora errata nisi me epistolam scribere meminissem.Sed euclidẽ ipsum aliquando fortasse vna ꝓlegemus:annotabimusqz omnia:in quibus nostri a recta ratione discedere videbuntur. Interim hec pauca tibi mi. Donate scripsimus:vt essent apud te eius beniuolentie atqz obseruantie pignus.qua te prosequebar (⁊ nunc quoqz prosequor)cum nostre Patauine philosophorum academie Rector hic ageres.Vale ex Patauina philosophorum palestra.

Geometrie

¶ Incipit liber primus Geometrie Euclidis a Boetio in latinum translate.

Qlia vero mi patrici Geometraꝝ exercitatissime. Euclidis de artis geometrice figuris obscure plata te adhortãte exponenda ⁊ lucidiore aditu expolienda suscepi. In primis quid sit mensura definiendum opinor.

¶ De mensura.

Mensura vero est quicquid pondere. capacitate longitudine: altitudine. latitudine: aloqꝫ finitur. Principium autez mensure pũctum vocatur. Punctum est: cuius ps nulla est linea vero sine latitudine longitudo est linee vero fines puncta sunt.

¶ De generibus linearum.

Recta linea est: que equaliter in suis protenditur punctis. Superficies vero est: quod longitudine: latitudineqꝫ censetur. Superficiei autem fines linee sunt.

Recta linea

¶ Plana superficies: dicitur que equaliter in rectis suis lineis continetur.



¶ De generibus angulorum.

Planus angulus est duarum linearũ in plano inuicem sese tangentium: ⁊ non in directo iacentium ad alterutram cõclusio.

¶ Quando autem que angulum continent: linee recte sunt tunc rectilineus angulus nominatur.



¶ Cũ vero recta linea super rectã lineã stans circum se equos sibi inuicem fecerit angulos: rectus est vteraqꝫ equalium angulorum. Et linea super rectam lineã stans perpendicularis dicitur. Obtusus angulus maior recto est.

¶ Acutus autem angulus recto minor est.



¶ De modis figurarum.

Figura est: quod sub aliquo vel aliquib⁹ terminis continetur

¶ Terminus vero quod cuiusqꝫ est finis.

¶ Circulus vero est figura quedam plana ⁊ circunducta. Et sub vna linea: contenta: que circunferentia vocatur ad quam a puncto: quod intra figuram positu; est: omnes que incidunt. Recte linee sibi inuicem sunt equales. hoc vero pũctũ cẽtrũ circuli nominat.



¶ Diametrus autem circuli est recta quedaz linea per centrum ducta: ⁊ ab vtrãq ꝑte in circũferẽtia circuli terminata: que ĩ duas equas partes circulũ diuidit
¶ Semicirculus vero est plana figura. que sub diametro Et ea quam diametrus apprehendit: circunferentia contiuetur.

Diametrus

¶ Recti linee figure sunt: que sub rectis lineis cõtinẽt
¶ Trilatera quidem figura est que sub tribus rectis lineis continetur.
¶ Quadrilatera autem: que sub quatuor.
¶ Finitima vero mensuralis est linea. que aut pro aliq̃ obseruationum: aut aliquo terminorum obseruatur.
¶ Multilatera itaq̃ figura est: que sub pluribus q̃ quatuor lateribus continetur.

¶ De triangulis.

e Quilaterum igitur triangulumest: quod tribus equis lateribus continetur.



¶ Isosceles autem est: quod duo tantummodo latera habeat equalia.



Scalenum vero quod tria latera habet inequalia:



¶ Amplius trilaterarum figurarum orthogonius. ĩ rectiangulum. quidem triangulum est. quod habet angulum vnum rectum.



¶ Ambli gonium. autem quod latine obtusiangulm dicitur est: quod obtusum habet angulum.



¶ Origonium. vero. i. acuti angulum: est i quo tres anguli sunt acuti.



¶ De quadratis.

q Quadri laterũ vero figurarum quadratus vocatur: quod ẽ equilaterum atq; rectiangulũ.



¶ Parte altera longius vero est: quod recriangulum quidem est. sed equilaterum non est.



¶ Rombus vero est: quod equilaterum quidem ẽ: ſ̃ rectangulum non est.



¶ Romboides autem est: quod incontrarium collocatas lineas atq; angulos habet equales: non autem rectis angulis: nec equis lateribus continetur.



¶ Preter hec autẽ oẽs quadrilatere figure trapezia. idest mensule nominantur.

¶ Prallele idest alterne recte linee nuncupantur: que eadẽ plana superficie collocate atq; vtriq; producte in neutra parte concurrunt.

Parallele.

¶ De petitionibus que sunt in geometrica

Petitiones vero siue postulata (vt veteribus placuit) dicuntur: quinq; sunt.

p ¶ Prima vt ab omni pũcto in omne punctũ recta linea ducatur postulat.

¶ Secunda: vt definita recta linea in continuum rectũq; producatur: admonet.

¶ Tertia omni centro ⁊ omni spatio circulus designare precipit.

¶ Quarta

Pero que la oja. 5 7. esta adelante despues de la 4. 8.



¶Quarta omnes rectos angulos ſibi inuicem equos eſſe vult.

¶Quinta autē: ſi in duas rectas lineas linea recta incidens interiores duos angulos ⁊ in eadez parte duobus rectis fecerit minores: rectas lineas in infinitum productas ad eas partes in quibus duo interiores anguli duobus rectis minores ſunt: concurrere iubet.

¶De communibus animi conceptionibus: que ſunt in geometrica.

Ommunes igitur animi conceptiones ſunt que a grecis. κοιναὶ ἔννοιαι. vocantur. cum ſpacia ⁊ interualla eidem ſunt equalia. Et ſibi inuicem ſunt equalia. Et ſi ab equalibus equalia auferantur que reliquū tur: equalia ſunt. Et ſi equalibus equalia addantur: tota quoqz equalia ſunt. Et que ſibimet ipſis conueniunt equalia ſunt.

¶Omne paralello graminuz rectianguluz ſub iis duabus rectis lineis: que rectum ambiunt angulum dicitur contineri.

¶Omnis vero paralello grāmi ſpatii vnuz quodqz eorum que circa eandem diametruz ſunt paralello grāmorum cum duobus ſupplementis gnomon nuncupatur.

¶Circuli ſunt equales: quorum diametri ſunt equales inequales vero ſunt: qui ſic ſe non habent.

¶Recta linea circulum contingere dicitur: que cum circulum tangat: in vtraqz eiecta parte non ſecat circulum.



¶Circuli ſe inuicem contingere dicuntur: qui tangentes ſe ſe inuicem non ſecant:



¶Recte linee in circulo a centro diſtare equaliter dicuntur: quando a centro in ipſas ducte perpendiculares inuicem ſibi ſunt equales.



¶Plus vero a cētro diſtare dicitur linea: in quā perpendicularis longioz cadit.



¶Portio circuli eſt figura: que ſub recta ⁊ circuli circunferentia. continetur.

¶In portione circuli angulus eſſe dicitur: quando in circunferentia portionis ſumitur aliquod punctū

& ab eodem puncto ad linee terminos due recte linee subiunguntur.



¶ Angulus circuli dicitur qui sub duobus a centro ductis lineis continetur. Quando linee que adiunguntur aliquam circunferentie comprehendunt particulam in ea angulus consistere perhibetur.



¶ Sector circuli est figura: que sub duabus a cẽtro ductis lineis: & sub circunferentia: que ab eisdem comprehenditur: continetur:

¶ Similes circulorum portiones dicũtur: que equales suscipiunt angulos. vel in quibus q inscribuntur: anguli sibi inuicem sunt equales.



¶ Figura intra figuram dicitur inscribi quando ea q inscribitur: ei' ĩ quam inscribitur: latera vnoquoq; suo angulo ab interiore parte contingit



